ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. XCIV

TYPIS VATICANIS
MMII

An. et vol. XCIV **3 Ianuarii 2002** N. **1**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticanq - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus summi honores Caelitum sanctarum adscribuntur beatae Iosephae Bakhita.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«In iustificationibus tuis delectabor» *(Ps* 119, 16).

Deum quisquis diligit ipsiusque exsequitur voluntatem, in veritate incedit ac vitae simul fructus profert aeternae, beatitatem illam dum experitur quam iis est dominus Iesus pollicitus qui « audiunt verbum Dei et custodiunt » *(Lc* 11, 28).

Donum quidem spiritus beatitudo haec animum et vultum moresque Matris Iosephae Bakhita collustravit, quae plurimum crudelibus a dominis perpessa interminatam persensit inde laetitiam, quod caelestis Patris esset filia eique demissa et humilis servire valeret cotidie laudes suas atque amorem ipsi offerens. Africa in terra incohata eius est vita ac terminata in Itala. Etenim anno MDCCCLXIX in Sudaniae orta est regione, quae *Darfur* nominatur, ex religionis animistae parentibus, quibus arva erant et pecora. Septimum usque ad vitae annun felix vixerat, cum surrepta est ac servarum vendita mercatori. Sic e domo oppidoque evulsa natali transibat de loco in locum, a domino alium ad dominum, dum duriora complevit opera iniuriasque subiit et verbera necnon terrificum ipsum picturae corporeae suppli-

cium. Nomen est ei inditum Bakhitae, quod fortunatam significat, verumtamen iis temporibus asperitates perferebat omnibus destituta iuribus. Opprobria ista et cruciatus nativam haudquaquam ei honestatem eripuerunt animique bonitatem, ex qua malum superare et bono compensare sciebat, odium ac vim patientia reparare et indulgentia. Potuit igitur deinde adseverare: « In luto sum versata, verum inde nihil inquinata ».

Qui autem illi invigilabat Dominus ad melioraque illam destinaverat, viis quibusdam improvisis anno MDCCCLXXXV Venetias in Italiam perduxit effecitque ut homines cognosceret nobiles ac liberales a quibus propria est ei reddita dignitas et libertas. Verum tunc illud intellexit: Deum ipsum, haud hominem, omnis hominis esse dominum omnisque pariter vitae humanae. Iesum Christum etiam interea cognovit et eius statim capta est amore. Baptismi et Eucharistiae et Chrismatis recepit anno MDCCCXC, die IX Ianuarii mensis, sacramenta exoptata summopere laetans.

Nova ita in Christo creatura effecta, addito Iosephae sive Iosephinae nomine, viam sanctimoniae exinde percucurrit studioseque Deo respondit invitanti videlicet totam ut sese ipsi devoreret. Quapropter anno MDCCCXCIII Institutum amplexa est et rite ingressa Filiarum Caritatis, hoc est Canossianarum, quippe quae in fide eam instituissent et ad introitum in Ecclesiam comparavissent. Temporaria vota anno MDCCCXCVI pronuntiavit, perpetua vero postmodum anno MCMXXVII. Quadraginta quinque deinceps annos religiosa in domo Schio permansit, dioecesis Vicentinae, munera amanter perfecteque procurans coquae et aeditimae tum etiam ianitricis. Verbis ipsius cotidianisque negotiis humilibus usque Dei concelebrabatur bonitas lucidaque reddebatur simul testificatio fidelitatis erga Evangelium et Ecclesiam, in proprium consecratae vitae Institutum ac vota necnon eas vivendi normas quas susceperat. Omni quidem animi impetu Deum adamabat artissimamque cum eo excolebat coniunctionem per eucharisticum cultum, marialem pietatem, precationem perpetuam. Adagium illud earum ei fuit: « quidquid vult Dominus », quo se scilicet testabatur sine condicionibus Domini ipsius complecti voluntatem. Germana superni Patris filia ac discipula fida sanctae Magdalenae de Canossa, aperiebat semper mansuetum suum perlucidumque animum Superioribus ipsis et Sororibus, pauperibus et patientibus, infantibus eorumque familiaribus, militibus tandem vulneratis ac receptis primi belli mundani tempore Militari in Valetudinario. Imo ex corde iis omnibus ignovit a quibus deiecta erat inhumaniterque tractata in Africa et, cum missionario tota pervaderetur ardore, ut fides per orbem dissemina-

retur ac praesertim inter Africae terrae gentes, usque precabatur. Aliquod etiam tempus Sororem quandam suam religiosam secuta est in itineribus missionalis praedicationis plures ad Italiae urbes. Postremis vitae annis conflictata est morbis diversis, quos serena fortique pertulit mente, nihil omnino cessans Dei placita ad fínen usque laeta complere, qui ad se eam die VIII mensis Februarii anno MCMXLVII sub vesperam arcessivit.

Vivens illa ac moriens curriculoque vitae perfuncta etiam circumdabatur sanctitatis ac portentorum celebri fama. Quocirca Vicentinus Antistes beatificationis causam atque canonizationis anno MCMLV instituit. Omnibus autem deinceps ex iure legitime peractis, Nosmet Beatae titulum honoremque huic Servae Dei concessimus die xvn mensis Maii anno MCMXCII. Hinc magis multo veneratio crevit atque celebratio humilis huius Christi testis, cui pluribus in nationibus dona assignabantur caelestia et beneficia. Nobis itaque coram die xxi mensis Decembris anno MCMXCVIII prodiit decretum « super miraculo » ac deinde in Consistorio diei II mensis Iulii anno MCMXCIX constituimus ut volvente Magno Iubilaeo anni **MM** Beata haec in album sollemniter referretur caelitum Sanctarum.

Hodie igitur, Kalendis Octobribus huius anni Magni Iubilaei, festivam ante Ecclesiae pastorum et christifidelium multitudinem infinitam fere universis de nationibus, sequentem perplacuit maxima alacritate Nobis ac pietate in viros et feminas a Deo electas enuntiare canonizationis formulam:

« Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Augustinum Zhao Rong et cxix Socios, Mariam Iosepham a Corde Iesu Sancho de Guerra, Catharinam Drexel et Iosepham Bakhita Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere.

In nomine Patris et Fili et Spiritus Sancti ».


Quibus prolatis vocibus mandavimus hae ut conscriberentur Litterae Decretales. Gratias pariter egimus et Nos Deo una cum adstantibus cumque sermonem habuissemus de novensili hac Sancta eiusque mirabilibus virtutibus et operibus, caeleste eiusdem primi invocavimus patrocinium et augustiore ritu divinum sacrificium ad illius item honorem perreximus facere. Quaecumque demum hisce intellegi fierique iussimus Litteris, ea firma per-

petuo sunto in posterum ac sancta, contrariis quibusvis rebus neutiquam obsistentibus. Nobis autem vehementer optantibus ut universa hinc Ecclesia tam incitamentum fidei accipiat quam christianae vitae novum prorsus adiumentum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die ipso Kalendarum Octobrium, anno Domini bis Millesimo Magni Iubilaei, Pontificatus Nostri vicesimo altero.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 492.384

CONSTITUTIO APOSTOLICA

CHISINAUENSIS

Administratio Apostolica Moldovensis ad gradum atque dignitatem dioecesis evehitur nomine Chisinauensis nuncupatae et Apostolicae Sedi immediate subiectae.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollicitus de spirituali bono suorum Christifidelium, Venerabilis Frater Antonius Coga, Episcopus titulo Paestanus et Administrator Apostolicus Moldovensis, ob incolarum copiam in circumscriptione ecclesiatica sua degentium, ab hac Apostolica Sede petivit ut territorium eiusdem Administra-

tionis Apostolicae ad gradum ac dignitatem dioecesis eveheretur. Nos, Qui gravissimo fungimur munere supremi Pastoris totius gregis Dominici, favente quoque eidem rei Venerabili Fratre Carolo Iosepho Rauber, Archiepiscopo titulo Iubaltianensi et in Moldova Apostolico Nuntio, de consilio Secretariae Status admotae postulationi libenter concedendum esse putavimus rati id in animarum salutem esse cessurum. Summa igitur Nostra potestate quae sequuntur decernimus. Territorium Administrationis Apostolicae Moldovensis evehimus ad gradum et dignitatem dioecesis nomine *Chisinauensis,* quam huic Apostolicae Sedi immediate subiectam facimus. Huius novae dioecesis sedem in urbe « Chismäu » ponimus dum ibidem situm paroeciale templum, Deo in honorem Divinae Providentiae dicatum, ad gradum et dignitatem Cathedralis ecclesiae evehimus. Mandamus insuper ut quam primum ibi constituatur ad normam iuris communis Collegium Consultorum, qui Episcopo valido sint auxilio. In iis autem quae respiciunt ad Seminarii dioecesani aedificationem atque sacrorum candidatorum formationem, serventur praescripta iuris communis, habita praesertim ratione normarum ac regularum a Congregatione de Institutione Catholica statutarum; selecti Seminarii alumni, philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi, necnon sacerdotes studia completuri, Romam, si fieri potest, mittantur. Quae decrevimus perficienda committimus memorato'Venerabili Fratri Carolo Iosepho Rauber, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo septimo mensis Octobris, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

£B ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 504.823

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beatorum honores caelitum Paschali Fortuno Almela tribuuntur ipsiusque sodalibus tribus.

IOANNES PAULUS PP II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Tu es Christus, Filius Dei vivi » *(Mt* 16, 16).

Christi membra Christiani Baptismate efficiuntur eodemque nomine vocantur suam ut coram hominibus profiteantur fidem, imitati scilicet Sanctum Petrum cui, confirmante Magistro Divino, haud caro nec sanguis, verum Deus ipse messianicam reclusit Iesu indolem ac divinam filiationem (cfr *Mt* 16, 17).

Fideles nempe germano Sancti Francisci spiritui, Venerabiles Dei Servi Paschalis Fortuno Almela et socii tres suam propalam praedicaverunt fidem, quam immo ne suos apud carnifices negarent, vera heroum fortitudine ad sanguinem suum profundendum fuerunt parati. Intestino enim exardescente inter Hispanos bello anno MCMXXXVI, infensus catholicis republicanarum auctoritatum animus in apertam transiit cruentamque vexationem quae atrociter homines etiam affligebat et locos Domino sacratos. Enatum hinc in christianos odium complures veluti hostias confecit inter quos quattuor hi recensentur ad Ordinem Fratrum Minorum pertinentes qui nominatim sunt: Paschalis Fortuno Almela, die III Martii mensis anno MDCCCLXXXVI apud *Villareal de los Infantes* in provincia *Castellón* ortus. Praefectus fuit morum in Seminario Minore Franciscanorum in loco *Benisa (Alicante).* Quique actis in Argentina annis, rediit in Hispaniam pastorale procuraturus ministerium atque operam praecipue daturus sacrorum instituendis alumnis. Bellum istud cum internum esset crudeliter coortum, suos confugit ad familiares, die tamen VII mensis Septembris anno MCMXXXVI captivus est ductus postridieque interemptus. Sese Dei totum dedens voluntati placide obiit.

Placidus García Gilabert, in pago *Benitachell* provinciae *Alicante* Kalendis Ianuariis natus anno MDCCCXCV. Titulum et gradum adsecutus apud Athenaeum Antonianum de Urbe Lectoris Generalis in iuris canonici disciplina necnon theologia morali, explevit praeceptoris munus evasitque suae

etiam communitatis custos atque collegii Ontenientis rector. Religiosa exsaeviente vexatione suos sese recepit ad domesticos lares; ,at die mensis Augusti XV anno MCMXXXVI comprehensus a rubri coloris militia est et *Demani* delatus, ubi crudelibus subditus iniuriis et mutuatus est ac postridie quam captus est interfectus.

Alfredus Pellicer Muñoz, in loco *Bellreguart* provinciae Valentiae die x editus mensis Aprilis anno MCMXIV. Excitato civili bello paucis videlicet post diebus quam vota sollemnia nuncupaverat, suos decucurrit ad parentes ubi nihilominus detectus detentusque est die iv mensis Octobris anno MCMXXXVI ac paucis exinde horis glandibus plumbeis transfossus, quamquam indignum se esse adseverabat qui pro Christo martyr interiret.

Salvator Mollar Ventura, apud *Manises* Valentiae provinciae die xxvii natus Martii mensis anno MDCCCXCVI. Ad Conferentiam Sancti Vincentii de Pauli pertinens atque sollemnia professus vota procuravit officium diligenter aeditui in coenobiis *Gillet* et *Benisa.* Religionis inchoata oppressione refugium ipse apud sororem petivit. A rebellibus comprehensus per litteras cum necessariis suis commercium communicationis agebat ex eiusque scriptis deditio cum fiducia elucebat in Dei beneplacitum, tum etiam spes de vita aeterna atque indulgentia erga inimicos. Noctu enecatus est inter xxvi et XXVII Octobris mensis diem anno MCMXXXVI.

Martyrii usque augescente ubique opinione, anno MCMXXXVI Causam beatificationis sive declarationis ipsorum martyrii instituit Archiepiscopus Valentinus. Rebus omnibus ex iuris regula peractis Nostro in conspectu decretum prodiit super martyrio die xx mensis Decembris anno MCMLXXXXIX. Ritus deinde constituimus ut Romae die xi mensis Martii anno **MMI** beatificationis celebraretur horum Dei Servorum una cum Iosepho Aparicio reliquisque fidei testibus qui eadem Ecclesiae furente insectatione perierunt.

Hodie igitur ante pastorum fideliumque innumerabilium turmam inter Eucharistica sollemnia hanc perplacuit Nobis magna voce proferre canonicam formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Ilerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum ap-

pellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Qua convenienter prolata, primi Nos praestantes fidei martyres Beatos sumus pientissime venerati eorumque simul adiumenta precati ut etiam cotidianae in vitae condicionibus discant Christifideles Evangelii Iesu Domini nuntium veritatemque tueri intus in animis ac foris pariter sine metu profiteri, unde Deus laudari possit aedificarique eius in terris Ecclesia.

Quaecumque vero hisce decrevimus et ediximus litteris, posterum omne in tempus valitura nuntiamus ac valere omnino iubemus, quibuslibet causis contrariis neutiquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii, anno salutis **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 494 660

II

Venerabiles Dei Servi martyres Aurelius a Vinalesa et XVI Socii, presbyteri professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, nec non Iosepha a Purificatione Masiá Ferragut, monialis professae Ordinis Augustiniensium Discalceatarum, Beatorum caelitum honoribus exornantur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Afflictus est et ipse subiecit se et non aperuit os suum; sicut agnus, qui ad occisionem ducitur, et quasi ovis, quae coram tondentibus se obmutuit et non aperuit os suum » *(Is* 53, 7). Haec Prophetae verba accommodata Iesu qui mortem subiit, referri quoque possunt martyribus qui inter annos 1936-1939 intestina furente eversione Hispanica sunt interfecti. Omnes quidem, grassante communistarum persecutione, ob fidelitatem erga Christum promptos se praebuerunt ad mortem oppetendam. Et quamvis instaret pavor mortis et dubium de perseverantia, sese confirmarunt haec repetentes verba: « Si Deus me martyrem vult, fortitudinem mihi tribuet ad martyrium sustinendum ».

1. — Aurelius a Vinalesa (in saeculo: Iosephus Ampie Alcaide), presbyter. In urbe *Vinalesa,* Valentiae, natus die **III** mensis Februarii anno **MDC**ccxcvi, perpetuam emisit professionem anno MCMXVII et sacro presbyteratus ordine insignitus est Romae anno MCMXXI. Munere fungebatur rectoris Seminarii Philosophiae et Theologiae. Martyrium consummavit die xxvin mensis Augusti anno MCMXXXVI.

2. — Ambrosius a Benaguacil (in saeculo: Aloisius Valls Matamales), presbyter. In urbe *Benaguacil,* Valentiae, primam vidit lucem die **III** mensis Maii anno MDCCCLXX. Perpetua vota nuncupavit anno MDCCCXCIV eodemque anno Christi minister est consecratus. Ministerium explicabat verbum Dei praedicando, confessiones audiendo. Martyr occubuit die xxiv mensis Augusti anno MCMXXXVI.

3. — Petrus a Benisa (in saeculo: Alexander Mas Ginestar), presbyter. Ortus in oppido *Benisa* die xi mensis Decembris anno MDCCCLXXVI, perpetua se consecravit professione anno MDCCCXCVII et sacerdotio auctus est anno **MCM**. Deditus rei pastorali, catechesi et praedicationi, martyrii palmam promeruit die XXVI mensis Augusti anno MCMXXXVI.

4. — Ioachim ab Albocácer (in saeculo: Iosephus Ferrer Adell) presbyter. Natus die xxni mensis Aprilis anno MDCCCLXXIX in oppido *Albocácer.* Perpetuam fecit professionem anno MCM et anno MCMIII sacerdos est ordinatus. Missionarius petiit Bogotam in Columbia; in Hispaniam reversus, rector exstitit Seminarii Seraphici in urbe *Masamagrell.* In loco *Villafamés* die xxx mensis Augusti anno MCMXXXVI aetatis cursum per martyrium explevit.

5. — Modestus ab Albocácer (in saeculo: Modestus García Martí) presbyter. Natus est in loco *Albocácer* die xvin mensis Ianuarii anno MDCCCLXXX. Perpetua vota nuncupavit anno **MCM** et sacerdotalem ordinationem recepit anno MCMIII. Pastoralem navavit operam in exercitiis spiritualibus praedicandis et in confessionibus audiendis. Victricem martyrii coronam accepit die XIII mensis Augusti anno MCMXXXVI.

6. — Germanus a Carcagente (in saeculo: Georgius Maria Garrigues Hernández), presbyter. In urbe *Carcagente* ortus est die xn mensis Februarii anno MDCCCXCV. Perpetua vota nuncupavit anno MCMXVII et presbyteratus ordine auctus est anno MCMXIX. Iuvenes instituit et docuit apud Collegium Sancti Bonaventurae in loco *Totana* (Murcia) et apud Seminarium Seraphicum in urbe *Masamagrell.* Martyrium passus est die ix mensis Augusti anno MCMXXXVI.

7. — Bonaventura a Puzol (in saeculo: Iulius Esteve Flors) presbyter. Natus est in loco *Puzol* die ix mensis Octobris anno MDCCCXCVII. Perpetuam professionem emisit anno MCMXVII et Romae presbyteratus ordine est insignitus anno MCMXXI. Doctoris titulo decoratus, in Hispania magisterio, praedicationi et confessionibus incubuit. Vitam martyrio coronavit die xxvi mensis Septembris anno MCMXXXVI.

8. — Iacobus a Rafelbuñol (in saeculo: Iacobus Mestre Iborra) presbyter. In pago *Rafelbuñol* natus est anno MCMIX. Romae anno MCMXXX perpetuam emisit professionem; ibidem presbyter anno MCMXXXII ordinatus est. In urbe *Masamagrell* munus exercuit Vicerectoris Seminarii Seraphici. Simul cum octo suis fratribus et patre martyrii palmam adeptus est die xxix mensis Septembris anno MCMXXXVI.

9. — Henricus ab Almazora (in saeculo: Henricus García Beltrán) diaconus. In loco *Almazora* ortus est anno MCMXIII. Perpetua se consecravit professione anno MCMXXXV. In loco *Pedrera de Castellón,* cum ad sacerdotalem ordinationem se pararet, martyrium passus est die xvi mensis Augusti anno MCMXXXVI.

10. — Fidelis a Puzol (in saeculo: Marianus Climent Sanchis), frater religiosus. In loco *Puzol* ortus est anno MDCCCLVI. Perpetuam fecit professionem anno MDCCCLXXXIV. Vir orationi deditus, fidelis et magna praeditus virtute. Sagunti die XXVII mensis Septembris anno MCMXXXVI martyrii coronam accepit.

11. — Berardus a Lugar Nuevo de Fenollet (in saeculo: Iosephus Bleda Grau), frater religiosus. In pago *Lloch N ou de Fenollet* natus est anno MDCCCLXVII. Perpetua professus est vota anno MCMIV. Stipi quaeritandae deditus erat et vestificus communitatis. In loco *Genovés,* Valentiae, martyrio coronatus est die iv mensis Septembris anno MCMXXXVI.

12. — Pacificus a Valentia (in saeculo: Petrus Salcedo Puchades) frater religiosus. In loco *Castellar* ortus est anno MDCCCLXXIV. Perpetuam fecit professionem anno MCMIII. Sodalis domus loci *Masamagrell,* per septem et triginta annos stipi quaeritandae se dedit. Die xn mensis Octobris anno MCMXXXVI in loco *Monteolivete* martyrio est interemptus.

13. — Maria Iesus (Maria Vincentia Masiá Ferragut), monialis Clarissa capuccina. Nata in pago *Algemesi* anno MDCCCLXXXII. Professionem emisit anno **MCM** apud monasterium Clarissarum Capuccinarum oppidi *Agullent,* Valentiae. Omnibus sanctimoniae ac praesertim orationis exemplo fuit. In

loco *Cruz Cubierta de Alzira* die xxv mensis Octobris anno MCMXXXVI martyrii palmam accepit.

14. — Maria Veronica (Maria Ioachima Masiá Ferragut), monialis Clarissa capuccina. In pago *Algemesi* orta est anno MDCCCLXXXIV. Religiosa vota nuncupavit anno MCMVII. Singulari eminuit cultu erga Eucharistiam, Passionem Domini et beatam Mariam Virginem. Die xxv mensis Octobris anno MCMXXXVI in loco *Cruz Cubierta de Alzira* martyrii palma est coronata.

15. — Maria Felicitas (Maria Felicitas Masiá Ferragut), monialis Clarissa capuccina. In pago *Algemesi* anno MDCCCXC nata est. Domino religiosa professione se devovit die xxvi mensis Aprilis anno MCMXIII. Mira pietate summoque sacrificii spiritu claruit. Martyrii palmam assecuta est in loco *Cruz Cubierta de Alzira* die xxv mensis Octobris anno MCMXXXVI.

16. — Elisabeth Calduch Rovira (Iosephina Calduch Rovira), monialis Clarissa capuccina. In pago *Chivert* orta est anno MDCCCLXXXII. Religiosis votis Deo se consecravit anno MCMIV. Sacrificii paenitentiaeque spiritu eminuit. Martyrium obiit in loco *Cuevas de Vinromà* die xiv mensis Aprilis anno MCMXXXVII.

17. — Maria a Miraculis Orteils Gimeno (Milagros Orteils Gimeno), monialis Clarissa capuccina. Valentiae orta est anno MDCCCLXXXII. Vota religiosa professa est anno MCMII. Virtutibus prudentiae, iustitiae ac temperantiae illustris exstitit, atque in proximum miram exercuit caritatem. Magistrae novitiarum munere fungebatur. In loco *Picadero de Paterna* die xx mensis Novembris anno MCMXXXVI martyrium consummavit.

18. — Iosepha a Purificatione Masiá Ferragut, (Maria Iosepha Romana) monialis Augustiniensis discalceata. In pago *Algemesi* anno MDCCCLXXXVII est nata. Professionem emisit anno MCMV. Ardenti amore erga Eucharistiam nutriebatur. In labore assidua et plena caritatis, magistra exstitit novitiarum. In loco *Cruz Cubierta de Alzira* die x mensis Octobris anno MCMXXXVI martyr occubuit.

Causa beatificationis anno MCMLVII ab archiepiscopo Valentino est instructa. Peractis suetis inquisitionibus theologicis cum exitu quidem positivo apud Congregationem de Causis Sanctorum, Nobis coram, die xx mensis Decembris anno MCMXCIX decretum prodiit super martyrio. Qua de re statuimus ut beatificationis ritus Romae die xi mensis Martii anno **MMI** perageretur, simul cum Iosepho Aparicio Sanz et aliis fidei testibus, qui martyrium obierunt eadem adversus Ecclesiam saeviente persecutione.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

« Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini Garciá-Gasco Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Ilerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae his Litteris decrevimus nunc et posthac rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii, anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 494.662

III

Venerabili Dei Servo Ioanni Mariae a Cruce Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Dei Servus Ioannes Maria a Cruce, saeculari nomine Marianus Garcia Méndez nominatus, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu sodalis, qui die xxin mensis Augusti anno MCMXXXVI, bello civili in Hispania saeviente, in odium fidei est interemptus, die xxv mensis Septembris anno MDCCCXCI in oppido « San Esteban de los Patos », Abulensis dioecesis, ortus est. Iam puer suam omnem vitam ad supremum sacrificium parandum, scilicet ad martyrium, composuit, quod ipsum Christo in effusione sanguinis conformavit, quodque ab Ecclesia eximium donum supremaque probatio caritatis aestimatur (cfr Conc. Oecum. Vat. II, *Lumen gentium,* 42). Primus ex quindecim liberis agricolarum fami-

Hae, quae fide ferventique pietate ditabatur, studiose sacerdotalem vocationem est persecutus, qui ideo die xvni mensis Martii anno MCMXVI ordine sacro auctus est. Decem fere per annos sua in dioecesi presbyterale ministerium parochus sustinuit, praeclara exhibens eucharisticae marialisque pietatis, apostolicae operositatis exempla. Sed vita religiosa alliciebatur, cum artius se cum Deo coniungere vellet. Quapropter Carmelum in oppido « Larrea Amorobieta » ingressus est ibique sibi nomen imposuit Ioannis Mariae a Cruce, quod nomen usque ei earum fuit. Ob debilem valetudinem de Carmelo decedere coactus, Congregationem Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, qui in Hispania populari sermone « Padres Raparadores » vocabantur, ingressus est. Domini Nostri Iesu Christi, Universorum Regis, sollemnitate, die xxxi mensis Octobris anno MCMXXVI vota temporalia nuncupavit, sibi Ioannis Mariae a Cruce servans nomen.

A Providentia ductus, particeps factus est Congregationis quam Venerabilis Leo Dehon anno MDCCCLXXVIII in Gallia condidit.

Huius Congregationis imbutus monitionibus donisque, communitati oppidi « Puente la Reina » inservivit, vocationes alliciendo ac subsidia pro Seminario colligendo. Bellum civile, quod in Hispania mense Iulio anno MCMXXXVI exarsit, eum omnino affecit. Die xxin eiusdem mensis in urbe Valentina ipse vehementer in eos qui violarunt et templum « Santos Juanes » incenderunt invectus est. In vincula coniectus, absque cunctatione se dixit esse sacerdotem. Inibi mensem mansit. Omnes, qui eum cognoverunt, eius animum, fidelitatis exemplum, praeclaram sacerdotis religiosique testificationem commemorant. Strenue fassus est: Quod magnum praemium est vitam pro Christo tradere! Felix quidem est ille qui pro Domino Nostro effundere sanguinem potest! Die tandem xxin mensis Augusti anno MCMXXXVI una cum aliis IX sociis in agrum « Sillanum », Valentinam apud urbem, ductus est ibique manuballista necatus. Universi eius obitum, eiusdem etiam propter virtutes, germanum putaverunt martyrium. Id comprobavit Processus Ordinarius Valentinus, annis MCMLIX-MCMLX peractus, cui Congregationis de Causis Sanctorum Consultores Theologi necnon Cardinales et Episcopi sunt suffragati. Decretum super martyrio die xvni mensis Decembris anno **MM** prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die xi mensis Martii anno **MMI** huius Servi Dei Ioannis Mariae a Cruce una cum aliis sociis celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

«Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Ilerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Magna quidem commotione ineffabilique laetitia impleti propter hanc mirabilem tot martyrum glorificationem, fidem eorum et virtutem publice laudavimus, eosque venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. SODANO

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 495.251

IV

Venerabili Servae Dei Catharinae Volpicelli Beatarum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde... Iugum enim meum suave et onus meum leve est» *(Mt* 11, 29-30).

His verbis capta, Catharina Volpicelli coepit « diffundere cognitionem et amorem Cordis Christi, explendo in societate illa apostolatus opera quae melius respondent temporum locorumque necessitatibus nihil aliud spectans nisi maiorem gloriam Sacratissimi Cordis » (ex scriptis eius). Haec fidelis testis amoris Cordis Christi orta est Neapoli die xxi mensis Ianuarii anno

MDCCCXXXix ex nobili familia Neapolitana. Sive domi sive in Reali Collegio S. Marcellini Catharina solidam recepit institutionem humanam et christianam atque haud mediocrem culturam inter adulescentes eiusdem condicionis. Cupiebat primatum obtinere in societate, cum beatus Ludovicus de Casoria — interpretatus Dei consilium de ea — dixit: « Catharina, mundus te attrahit, sed Deus te allicit ». Deinde, post brevem experientiam in clausura, inter Sorores Sacramentinas, interruptam propter morbum, idem Beatus dixit illi: «Eris piscatrix animarum inter res mundanas... Cor Iesu, Catharina, hoc est opus tuum ». Cor Christi factum est commoratio eius, ex qua profìciscebatur ad omnem actuositatem atque, post acceptos in se Christi sensus, cuiusque personae flectebat cor. In adoratione eucharistica Serva Dei detegit mysterium oboeditionis Filii erga Patrem et dilectionis Dei erga homines. Huic mysterio conformavit suam vitam atque proposita usque ad votum victimae expiatricis, amoremque proximi audacioribus significabat formis ut adesset pauperibus ope carentibus spiritualique egentibus auxilio. Ecclesia fuit ei communitas, in qua fidem profitebatur veluti mulier Deo consecrata, humiliter submissa pastoribus populi Dei simulque propensa ad laicorum promotionem.

Apostolica navitate Serva Dei in omni provincia operata est; non condidit singulare quoddam institutum, sed potius genus consecrationis novum tunc temporis ad contemplationem cum actione conciliandam. Apostolatus precationis, quem ipsa prima in Italia vehementer propagavit, factus est via ad explendum amorem erga Cor Christi, erga Eucharistiam et ecclesiale ministerium. Congregationem Ancillarum a Sacro Corde Neapoli anno MDCCCLXvii condidit et, hortante ac sustinente Archiepiscopo Neapolitano, Servo Dei X. Riario Sforza, Catharina Volpicelli scripsit Regulam quam idem Cardinalis die iv mensis Iulii anno MDCCCLXXIV approbavit. Christum — Amorem vita sua exprimens, vitam degit in immolatione, in reparatione et sacrificio, strenue laborans pro Regno Dei omnibus in cordibus disseminando. Dives meritis, terrestrem peregrinationem sancte conclusit die xxvin mensis Decembris anno MDCCCXCIV, postquam vitam suam obtulerat pro Summi Pontificis Leonis XIII salute, qui, altissimam Servae Dei colens aestimationem, certior factus de morte eius, exclamavit: « Mori fecistis mihi sanctam, sanctam, sanctam ».

Sanctitatis fama, qua in vita est gavisa, post mortem crevit: qua de re Archiepiscopus Neapolitanus Gulielmus Sanfelice duobus annis post eius mortem incohavit Causam Canonizationis. Expletis omnibus iure statutis,

die xxv Martii anno MCMXLV Decessor Noster Pius XII declaravit Servam Dei virtutes théologales, cardinales et adnexas heroico gradu exercuisse. Deinde Nobis coram die xxvin mensis Iunii anno MCMXCIX promulgatum est Decretum super miro anno MCMXLVII patrato in oppido Minturno atque intercessioni eiusdem Servae Dei ascripto. Statuimus ut beatificationis ritus ageretur Romae die xxix mensis Aprilis anno **MMI.**

Hodie igitur in Petriano foro inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Raphaelis Palmero Ramos, Episcopi Palentini, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitana Michaelis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Roberti Amadei, Episcopi Bergomensis, et Roberti Octavii Gonzalez Nieves, Archiepiscopi Sancti Ioannis Portoricensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Emmanuel González García, Maria Anna Blondin, Catharina Volpicelli, Catharina Cittadini et Carolus Emmanuel Caecilius Rodríguez Santiago Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Emmanuelis González García die quarta Ianuarii, Mariae Annae Blondin die duodevicesima Aprilis, Catharinae Volpicelli die altera et vicesima Ianuarii, Catharinae Cittadini die quinta Maii, et Caroli Emmanuelis Caecilii Rodríguez Santiago die tertia decima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Aprilis, anno **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
ꟗ ANGELUS card. SODANO

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 496.322

V

Venerabili Dei Servae Mariae a Sancti Ioannis Patrocinio Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Utinam beatam habuissemus fortunam fundendi totum nostrum sanguinem uti testificationem Evangelii Domini nuntiandi ».

Haec sententia Venerabilis Servae Dei Mariae Antoniae Paris, Fundatricis Congregationis Missionariarum Filiarum Immaculati Cordis B.V.M, simul cum Sancto Antonio Maria Claret, vitam nutrivit sororis Mariae Patrocinio Giner fortem eam reddens usque ad fidei martyrium.

Dertosae, in Hispania, nata est die iv mensis Ianuarii anno MDCCCLXXIV ex parentibus Ioachimo Giner Talens et Salvatora Gomis Viia. In familia primum accepit fidei exemplum atque a parentibus praesertim Dei, Ecclesiae proximique didicit amorem. Institutionem prosequens christianam in collegio Missionariarum Claretianarum loci vulgo dicti *Carcagente,* prope Valentiam, vocationem ad vitam consecratam detexit. Anno MDCCCXCII accepta est sicut postulatrix atque die xvi mensis Septembris anno MDCCCXCIII sollemnibus votis Domino se consecravit. A primis religiosae vitae annis humilitate, docilitate, mansuetudine atque humanitate erga alios eminuit. Optima fuit educatrix quae subtilitatem conciliavit cum disciplina firmitateque. Munus magistrae novitiarum xvin per annos studiose exercuit sanctitatis indolem zelumque missionarium ostendens. Ab anno MCMXXII antistita communitatis, omnes sollicitudines Virginis Immaculatae praesidio commendabat. Etiam a christifidelibus laicis aestimabatur ob sapientiam atque spiritalem rerum huius saeculi considerationem. Anno MCMXXV missionem accepit novam condendi communitatem nec non collegium in loco vulgo *Puerto de Sagunto,* prope Valentiam. Sex post annos primam passa est persecutionem. Simul cum sororibus violenter ex conventu est propulsa, Eucharisticas tamen species servare potuit: Christum Iesum fero, et milies moriar antequam eum tradam — hoc modo repetebat unicuique eam retinere volenti. Reversa in urbem *Carcagente* sicut antistita, plurimas inter difficultates, se ipsam offerre pergebat pro pace in Hispania et saepe clamabat: Domine, si tibi servet lapillus quidam ut Tu règnes - en ego! Cum vexationes contra

Ecclesiam crescerent, invitabat sorores ad veniam adque precem; ipsa crebro coram Christo cruci affíxo orabat. Universali saeviente insectatione adversus Ecclesiam illa in urbe, Dei Serva cum sororibus conventum relinquere statuit, refugium alibi quaerens. Forti animo obviam se dedit christianae religionis insectatoribus, quos precata est ut in pace relinquerent omnes qui domi adstabant. Iter faciens ad locum occisionis, omnes eiusdem sortis participes continuo hortata est ut fiduciam et fidelitatem erga Christum demonstrarent. Persecutoribus suis de Deo loquebatur, veniam concedendo illis qui per occisionem caelorum portas ei aperiebant. Evangelico hoc affectu animam Domino reddidit die xni mensis Novembris anno MCMXXXVI, eiusmodi ratione palmam martyrii consecuta. Archiepiscopus Valentinus Causam iniit Beatificationis anno MCMLXIII. Die xvni Decembris anno MM Nobis coram decretum super martyrio prodiit. Statuimus idcirco ut beatificationis ritus ageretur die xi mensis Martii anno **MMI** simul cum Iosepho Aparicio Sanz plurimisque aliis fidei testibus, occisis in eadem Hispanica persecutione contra Ecclesiam annis MCMXXXVI-MCMXXXIX.

Hodie igitur in Petriano foro inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Vasco Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Ilerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii, anno **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

& ANGELUS card. SODANO

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n, 495.661

VI

Venerabili Dei Servae Catharinae Cittadini Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Fortis est ut mors dilectio, aquae multae non potuerunt exstinguere caritatem, nec flumina obruent illam; si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eum» *(Ct* 8, 6-7). Apostolus Paulus ipse haec quodammodo confirmavit: « Et si distribuero in cibos omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ut glorier, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest ... Caritas numquam excidit» *(1 Cor* 13, 3-8). Vere aquae multae doloris Dei amorem proximique in Venerabilis Dei Servae Catharinae Cittadini vita exstinguere non potuerunt: caritas enim spiritus et operis eius fundamentum semper fuit. Bergomi Catharina Cittadini orta est die xxvni mensis Septembris anno Domini MDCCCI, et ipsa iam a puerili aetate dolorem permagnum sustinuit, quia septimo aetatis suae anno matre orbata est et a patre derelicta. Una cum sorore minore Iuditha in orphanotrophium « Conventino » Bergomi accepta est anno MDCCCVIII, Iosepho Brena rectore. Sapiens piusque sacerdos ad plenam et perfectam maturitatem christianam virtutesque humanas eas comitatus est. Tam ipsa quam soror diploma ludi magistrae assecutae sunt. Anno MDCCCXXIII Catharina coepit docere in schola publica Somaschae, apud sanctuarium locaque sanctificata vita et operibus S. Hieronymi Aemiliani. Ibi una cum sorore Iuditha scholam privatam et collegium instituit ad educandas puellas in spiritu vere christiano. Sed urgente caritate orphanotrophium etiam pro puellis derelictis susceperunt, immo et domum relaxandi causa diebus festis, neque doctrinae christianae institutionem et actionem pastoralem in paroecia amiserunt. Graves tamen dolores supervenerunt: pestilentia oritur, soror Iuditha in caelum emigrat anno MDCCCXL, ipsam Catharinam anno MDCCCXLII morbus perniciosissimus corripuit. Divina vero Providentia ad sanitatem reducta, intercedentibus Sanctissima Dei Genetrice Maria « Caravaggio » et S. Hieronymo Aemiliani, manipulum parvum quidem sociarum sibi congregavit, quae postea Sorores Ursulinae a Somascha sunt appellatae, anno scilicet Salutis MDCCCXLIV. Vita eius exinde tota impensa fuit, urgente caritate, in bonum et incrementum huius familiae religiosae, ad fovendam iuventutem novam, usque dum ab Episcopo Bergomensi, die xiv mensis Decembris anno MDCCCLVII est compro-

bata haec Congregatio. Sed ipsa Beata hanc conclusionem plenam laetitiae non vidit, tamen voluntatem Domini libenter pieque accepit; morte enim erepta est die v mensis Maii anno Domini MDCCCLVII, multis laboribus sacrificiisque consumpta, circumstantibus filiabus amore incensis. Tota vita eius fide firma et indomita refulsit, caritate absolute evangelica usque ad mortem, semper docendo, semper operando, semper patiendo, in simplicitate, humilitate, patientia prout Deum ardenter ad personam amantem pertinet. Haec omnia ob vivissimam devotionem erga Sacramentum divinae Eucharistiae, ob Domini passionis meditationem assiduam, denique ob summam devotionem erga Beatam Virginem Mariam potuit absolvere.

Itaque publice ac rite Ecclesia virtutes eius recognovit atque christifidelibus ut exemplum imitarent proposuit. Etenim Episcopus Bergomensis, anno MCMLXVII, commissionem instituit et deinde annis MCMLXXI-MCMLXXVIII celebratus est processus ordinarius informativus. Anno vero MCMXCI Congregatio de Causis Sanctorum auctoritatem probavit huius processus canonici. Denique, anno MCMXCVI, Patres Cardinales et Episcopi professi sunt Catharinam Cittadini virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroice coluisse; sic Nos mandavimus ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur. Interim, pueri Samuele Piovani sanatione mira ducta intercessioni Servae Dei tributa, die xx Decembris anno MCMXCIX decretum super miraculo emanavimus. Deinde statuimus ut beatificationis ritus Romae die XXIX mensis Aprilis anno MMI celebraretur.

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam intra Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« Nos vota Fratrum Nostrorum Raphaelis Palmero Ramos, Episcopi Palentini, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitani, Michaelis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Roberti Amadei, Episcopi Bergomensis, et Roberti Octavii Gonzalez Nieves, Archiepiscopi Sancti Ioannis Portoricensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Emmanuel González García, Maria Anna Blondin, Catharina Volpicelli, Catharina Cittadini et Carolus Emmanuel Caecilius Rodríguez Santiago Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Emmanuelis González García die quarta Ianuarii, Mariae Annae Blondin die duodevicesima Aprilis, Catharinae Volpicelli die altera et vicesima Ianuarii, Catharinae Cittadini die quinta Maii, et Caroli Emmanuelis

Caecilii Rodríguez Santiago die tertia decima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Insignis haec mulier claras pietatis caritatisque dedit testificationes, quae totam suam impendit vitam eamque hominibus destinavit, ut spiritalem salutem uberius consequerentur.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et posthac rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Aprilis, anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
83 ANGELUS card. SODANO

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 495.955

VII

Servae Dei Mariae Annae Blondin, conditrici Congregationis Sororum Sanctae Annae, Beatorum caelitum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Dei voluntati fideles firmiter maneamus, quin umquam ab ea discedamus; nostros operiamus oculos ne quid contueamur plus quam caecus, si amittere nolumus pacem cordis, quae tantus est thesaurus, ad quem servandum, optabilius est cetera perdere. Oportet ut labiis meis et corde meo illa perpetuo proferam verba paenitentis et sancti regis David: In te, Domine, speravi; non confundar in aeternum ». Per fidem et fiduciam in Deo Maria Anna Blondin verba haec die xv mensis Iulii anno MDCCCLVIII misit Excellentissimo Domino Ignatio Bourget, episcopo Marianopolitano. Tunc quidem temporis diuturna iniit periodus, qua Dei Serva in adversitate, detrectatione et relictu versabatur. Hoc caliginis tempus consumpsit id quod vitae supererat, usque ad exitum qui evenit anno MDCCCXC.

Venerabilis Dei Serva in pago *Terrebonne,* Quebeci in Canada, die xvin mensis Aprilis anno MDCCCIX nata est rusticis parentibus solida fide praeditis. Nesciens litteras, ingressa est Congregationem « Dominae Nostrae », ubi

eas didicit. Ob infirmam tamen valetudinem proposita eius evanuerunt, quapropter ad propinquos régressa est. Aspere laboravit ad studiorum lacunam explendam, et anno MDCCCXXXIII profecta est in locum *Vaudreuil,* ubi summo studio et exitu, operi se dedit adulescentulas docendi. Post diuturnam orationem, episcopi Bourget benedictione suffulta, quadragenaria pusillum mulierum coetum in unum congregavit ad pauperes parvulos instituendos. Inceptum hoc operibus confirmatum est fructusque opimos tulit, ita ut die VIII mensis Septembris anno MDCCCL ibidem Serva Dei Congregationem condiderit Sororum Sanctae Annae, cuiusque prima exstitit moderatrix. Tribus annis vix elapsis, sedes huius primariae domus translata est in oppidum *St. Jacques-de-VAchigan*, ubi soror Maria Anna, plurimis aerumnis affecta, summam experta est renovationem. Etenim cappellanus Sororum privatis communitatis negotiis sese inseruit episcopum suadens ut Servae Dei iniungeret ad munus moderatricis abdicandum nec deinceps assumendum. Tunc illa vivere coepit sex et triginta annos in abdita vita, molestiis et infirmitatibus immersa. Relicto munere, contumelias et iniurias pati perrexit; nec agnitum est illi ius conditricis eius Instituti. Attamen, fide spe et caritate firmata, in omnibus animum usque serenum ostendit. Concredita sunt ei asperiora officia, quae in silentio, simplicitate et oboedientia ad effectum perduxit. Res tamen adversae amorem eius erga Christum et Ecclesiam minime turbarunt. Dei Serva exemplum exstitit humilis vitae, quae spiritalem vim suam e contemplatione crucis exhausit, docens communionem cum Christo tutissimam esse viam ad divinam voluntatem adimplendam et sociam navandam operam pro Regni Dei diffusione. Usque ad exitum vitae, miro fidei et amoris spiritu, suam « viam crucis » percurrit, malum bono et iniurias misericordia debellando. Instante iam morte, ad exemplum sororum suarum, accersivit ipsum presbyterum qui olim contumeliis eam affecerat, ut infirmorum unctione eam signaret. Meritis onusta, ardentem ferens lampadem Sponso obviam venit die II mensis Ianuarii anno MDCCCXC. Aliquot post annis, habita est mulier heroicae fortitudinis, profundae humilitatis miraeque sanctimoniae, atque legitima agnita est eius Instituti conditrix. Anno MCML, centesimo recurrente anniversario a condita Congregatione, perversi de ea rumores evanuerunt et fama sanctitatis celerius in dies est diffusa. Prodierunt scripta biographica. Exuviae eius digniorem in locum apud primariam domum sunt translatae et anno MCMLV incollata est Causa beatificationis.

A Nobismet Ipsis die xiv mensis Maii anno MCMXCI eius heroicae virtutes sunt recognitae. Nobis coram die xxvin mensis Iunii anno, MCMXCIX decre-

tum de miro prodiit. Quapropter statuimus ut ritus beatificationis Romae perageretur die xxix mensis Aprilis anno **MMI.**

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, intra Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

3. E un impegno importante, che richiede un rinnovato slancio di santità. « La vita spirituale deve essere dunque al primo posto nel programma delle Famiglie di vita consacrata, in modo che ogni Istituto e ogni comunità si presentino come scuole di vera spiritualità evangelica ».[6] La vita quotidiana dei consacrati e delle consacrate, resa luminosa dall'assiduo contatto con il Signore nel silenzio e nella preghiera, dalla gratuità dell'amore e del servizio specialmente per i più poveri, testimonia che la libertà è frutto dell'aver trovato la perla preziosa,[7] Cristo, per il quale si è disposti ad abbandonare tutto, affetti e sicurezze terrene, dicendo con gioia: Maestro, « Ti seguirò dovunque tu vada ».[8] Ecco il percorso di tanti consacrati e consacrate in molte parti della terra, che giungono anche fino al dono supremo della vita con il martirio.

In tale profonda relazione di amore per Cristo e di spirituale cammino sulle sue orme è racchiusa ogni speranza di futuro per la vita consacrata, che richiede un impegno personale, cosciente, volontario, libero, amoroso verso la santità. I consacrati e le consacrate sono chiamati a mostrare in questo cammino un'autentica spirituale « professionalità », affrontando con gioiosa speranza i sacrifici e i distacchi, le difficoltà e le attese che tale itinerario comporta ed esige. E la via del ritorno alla casa del Padre, che Cristo ci ha aperto e nella quale ci ha preceduto. Essa è insieme distacco e ricerca; unisce gli aspetti faticosi della rinuncia con gli aspetti gioiosi dell'amore.[9] Fedeli alla loro vocazione, i consacrati e le consacrate potranno un giorno esultare con il Salmista: « Beato chi abita la tua casa: sempre canta le tue lodi! Beato chi trova in te la sua forza e decide nel suo cuore il santo viaggio. Passando per la valle del pianto la cambia in una sorgente, anche la prima pioggia l'ammanta di benedizioni. Cresce lungo il cammino il suo vigore, finché compare davanti a Dio in Sion ».[10]

4. La pedagogia della santità si esprime in modo singolare nell'attenzione primaria alla comunione che deve splendere nella vita consacrata di ogni tempo. Ogni comunità religiosa è chiamata ad essere il luogo dove s'impara

[6] ***Vita consecrata,*** 93
[7] Cfr ***Mt*** 13, 45-46.
[8] ***Lc*** 9, 57.
[9] Cfr ***Lc*** 9, 23ss
[10] ***Sal*** 83 [84], 5-8.

naturalmente a pregare, dove si educa a riconoscere e contemplare il volto di Cristo, si cresce di giorno in giorno nella sequela radicale del Signore, cercando con sincerità la verità su di sé e orientandosi decisamente al servizio del Regno di Dio e della sua giustizia.

Dalla condivisione della fede, umile ed operosa, nasce la comunione autentica. Essa, infatti, porta a mettere in comune non solo i doni di bontà e di grazia, ma anche i limiti e le povertà di ogni persona. I beni di grazia e di bontà vengono condivisi perché alimentino la santità di tutti; si è fatti partecipi delle povertà umane e spirituali di ciascuno, per assumerle su di sé e celebrare insieme la misericordia del Padre.

L'autentica comunione in Cristo promuove così un nuovo stile di apostolato. L'annuncio del Vangelo della vita consacrata, quando parte da una fraternità intensa e generosa, diventa più vivo ed efficace. E quanto ci ha insegnato l'apostolo san Giovanni nella sua prima Lettera: « Ciò che noi abbiamo udito, ciò che noi abbiamo veduto con i nostri occhi, ciò che noi abbiamo contemplato e ciò che le nostre mani hanno toccato, ossia il Verbo della vita, noi lo annunziamo anche a voi, perché anche voi siate in comunione con noi ».[11]

In questo modo, anche quanto è tipico della vita consacrata, come ad esempio i voti o la peculiare spiritualità, diventa un dono ricevuto da non conservare gelosamente per sé, ma da dispensare umilmente e generosamente al Popolo di Dio con la parola e la testimonianza, perché tutti, anche chi è lontano o sembra ostile, possano conoscere e comprendere la profonda novità del cristianesimo.

5. Nella storia della Chiesa la vita consacrata è stata sempre in prima linea nell'opera dell'evangelizzazione. Anche oggi essa si fa pellegrina, cammina accanto ad ogni persona, ne condivide le vicende, ne riscalda il cuore con l'amore ricevuto nella contemplazione del volto di Cristo, e la conduce alle sorgenti d'acqua viva della grazia divina, condividendo con lei il pane dell'Eucaristia e della carità. In questo itinerario misterioso, intessuto di donazione e di accoglienza, di rinunce e di conquiste, i consacrati imparano a riconoscere le provocazioni e le sfide dell'odierna società.

Seguendo Cristo povero, casto e obbediente, con tutto il cuore e con tutte le forze, essi offrono la testimonianza di un'esistenza capace di dare senso e speranza ad ogni impegno personale e, pertanto, di un'esistenza alternativa al modo di vivere del mondo.

[11] ***1 Qvi,*** Ib 3.

Questa testimonianza diventa la più efficace via per incoraggiare le vocazioni alla vita consacrata. Sì, occorre presentare ai giovani il volto di Cristo contemplato nella preghiera e teneramente servito nei fratelli con amore gratuito. Dobbiamo essere persuasi che « non una formula ci salverà, ma una Persona ».[12] Gesù ci assicura: « Io sono con voi tutti i giorni fino alla fine del mondo».[13] Non dobbiamo solo « parlare » di Lui, ma dobbiamo farlo « vedere », con l'audace testimonianza della fede e della carità. Cristo deve diventare il riferimento sicuro; il suo Volto la sorgente della luce, forte e misericordiosa, che illumina il mondo. Soltanto in Lui si trova l'energia soprannaturale che può trasformare il mondo secondo il disegno divino.

Augurando a tutti un sereno e fecondo lavoro sotto la guida luminosa dello Spirito Santo, imparto con affetto a ciascuno di voi e a tutti i membri degli Istituti di vita consacrata e delle Società di vita apostolica la mia paterna Benedizione Apostolica.

[12] ***Novo millennio ineunte,*** 29.
[13] ***Mt 28,*** 20.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

MONASTERIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Annae Catharinae Emmerick, monialis professae ex ordine Canonicarum regularium sancti Augustini (1774-1824)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius» *(1 Pt* 2, 21).

Amor erga Iesum Crucifixum Sororis Annae Catharinae Emmerick vitam alte signavit, quae a pueritia sanctitatis viam percurrit Passionis Christi lumine illustrata et, eius coniuncta doloribus, eiusdem secuta est vestigia, Dei voluntatem faciens et animarum saluti operam dans.

Humilis haec crucis discipula orta est die 8 mensis Septembris anno 1774 in pago *Flamske*, intra fines posito dioecesis Monasteriensis, a Bernardo Emmerick et Anna Hillers, agricolis pauperibus piisque, qui eam leges Dei atque Ecclesiae observare docuerunt. Inde a primis annis vitae, eminuit quidem infirma valetudine, sed magis oboedientia parentibus, industria, intellegentia et conspicua pietate. Brevi ludum pagi frequentavit, sed numquam frequentare desiit scholam Spiritus Sancti, qui interior eius fuit magister. Quo Deo propinquior esset, plures noctis horas agebat in lectione librorum religiosorum necnon in precatione; peculiari cum impulsione Passionem Domini coluit atque castigationem sui exercuit. Magis in dies Dei amore capta, continuo coram eo vivebat, caelitus speciales obtinens gratias divinas. Post primam Communionem, anno 1786 acceptam, in opere fuit apud villam rusticam ut ad familiam sustentandam prodesset, quae in magna paupertate versabatur. Didicit deinde sarcinatricis artem, dum se exercitabat virtutibus christianis et lumen effundebat fidei suae in aequalibus. Ariditatem etiam subiit spiritalem, diaboli incursus, varii generis temptationes, quas superavit vi perseverantiae in Dei laude atque servitio. Viginti

duorum annorum aetatem habens, sacramentum accepit Confirmationis. Ut organo disceret personare, tres egit annos duri laboris et incommodorum Cosfeldiae, et illo temporis spatio, precans, gratiam obtinuit spineae Iesu coronationis participandi dolorem.

Demum anno 1802 ad effectum adducere potuit antiquam vitae consecratae appetitionem et ingressa est inter Canonicas Regulares Sancti Augustini in monasterium denominatum *Agnetenberg* Dulmaniae situm, et anno 1803 vota religiosa emisit, quae summa cum diligentia servavit, quamvis parvus Communitatis esset fervor. Inter Sorores sodales fraternam concordiam fovit atque indignitates tulit et simultates, una cum diversis morbis. Impensius Dei praesentiam est experta, qui ei dona concessit peculiaria, quae monialium oculos non latuerunt. Abolito ab auctoritatibus civilibus monasterio, Serva Dei, invalida et aegrota, debuit ad privatam habitationem se conferre (anno 1812). Eius valetudo in deterius mutata est gradatim, donec est impedita quominus ambularet et astricta lecto adfixa manere per totum vitae reliquum.

Illo eodem anno in corpore eius signa apparuerunt Passionis Christi, quae, etsi volens, nequivit abscondere; quapropter non potuit se visitatoribus subtrahere neque auctoritatum ecclesiasticarum et civilium inquisitionibus, quae factorum veritatem recognoscere voluerunt et de eius vita spiritali investigare. Non solum stigmatibus, verum etiam aliis phaenomenis singularibus Serva Dei est affecta; at quod magis movebat eos, quotquot cum illa commercium habebant, sanctitas erat vitae, tota ad Christi imitationem intenta patientis et crucifixi atque ad artam cum eo iunctionem. Ut Deo placeret, diligenter eius voluntatem fecit, nisa est quodlibet fugere peccatum et alacriter, perseveranter necnon gaudio cum spiritali christianas coluit virtutes.

Fide ducta, firmiter credidit in Dei revelationem et in magisterium Ecclesiae et ad crucem usque est gressa, ubi suam collocavit habitationem, quo melius caritatem Christi contemplaretur atque Ecclesiae munus communicaret. Suis orationibus ac doloribus, in humilitate et in occultatione, Regno Dei augendo operam dedit, adimplens ea, quae desunt passionum Christi in carne sua pro corpore eius, quod est Ecclesia (cf. *Col* 1, 24). In primis laetitiam sensit et officium consolandi Sponsum animae suae, peccata hominum expiandi, divinam misericordiam impetrandi pro conversione peccatorum, orandi pro animis Purgatorii atque sacerdotes sustinendi in suo ipsorum sanctificationis opere. Suis viribus non est confisa nec meritis,

sed gratiae Dei, quam mereri conabatur congruenter cum evangelio vivendo. Vitam interiorem aluit et intimam cum Domino coniunctionem verbi Dei cibo atque Eucharistico, pietate erga Virginem Mariam et religionibus, inter quas exercitium eminuit Viae Crucis.

Cum totam spem suam in Domino collocavisset, ab se aliena fuit et a rebus terrestribus; appetivit autem caelestia bona, quae consequi contendebat in adsectatione Christi perseverando. Etiam difficillimis et acerbissimis temporibus in amorem Dei credidit eiusque auxilio est confisa atque ex consuetudine patientem se ostendit, fortem, affabilem et benignam; vel personas molestas atque inimicos suos cum humanitate tractavit et caritate. Parentum et familiarium studiosa fuit, amicitiam coluit, liberalis cum pauperibus fuit; ceteros docuit egenos adiuvare. Aegritudine afflictos atque aegrotos consolata est omnibusque cor suum aperuit. Etsi simplex erat, tamen cum prudentia egit in rationibus seligendis ad suam sanctificationem aptioribus, tum in consuetudine cum auctoritatibus, tum cum visitatoribus. Multi non solum ad eius precationes recurrebant, sed etiam ad eius consilia et doctrinas. Iusta fuit erga Deum et proximos, temperans, oboediens, casta, humilis.

Morbis consumpta atque paenitentiis, Serva Dei ex hoc "mundo discessit die 9 mensis Februarii anno 1824, ampla fama sanctitatis insignis, quae subsequentibus mortem annis confirmata est.

Beatificationis et canonizationis Causa inita est ab Episcopo Monasteriensi per celebrationem Processus Ordinarii Informativi (annis 1892-1899). Scriptorum inspectio, Servae Dei tributorum, longa fuit et laboriosa; etenim, oportuit planum facere utrum opera Clementis Brentano, qui saepe Dei Servam adibat et cum ea loquebatur, haberi possent opera Sororis Annae Catharinae Emmerick, an non. Post multas considerationes attentasque, conclusum est scripta illa non esse a Serva Dei dictata nec eius affirmationum descriptionem eiusque narrationum, et igitur non posse eam auctorem haberi. Auctoritas et vis Processus Ordinarii probata est a Sacra Rituum Congregatione per decretum die 5 mensis Octobris anno 1950 promulgatum. Confecta Positione, disceptatum est an Serva Dei heroum in modum virtutes explicavisset. Die 9 mensis Maii anno 2000 actus est, exitu cum prospero, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Postea Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 6 mensis Martii anno 2001 habita, relatione audita Excellentissimi Domini Pauli Iosephi Cordes, Archiepiscopi titularis Naissitani atque Causae Ponentis, professi sunt Sororem

Annam Catharinam Emmerick sicut heroas addecet virtutes théologales, cardinales iisque adnexas, observavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Annae Catharinae Emmerick, Monialis professae ex Ordine Canonicarum Regularium Sancti Augustini, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

NEAPOLITANA seu ROMANA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Magdalenae ab Incarnatione (in saec.: Catharinae Sordini), fundatricis ordinis Adoratricum Perpetuarum SS. Sacramenti (1770-1824)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem » *(Lc* 22, 19).

Eucharistia, a Domino Iesu instituta pridie quam pateretur, dum cum apostolis cenabat, lux fuit, vis et gaudium Servae Dei Mariae Magdalenae ab Incarnatione, quae, Sanctissimum altaris Sacramentum adorans et contemplans, in corde suo Christi caritatem gustavit, animarum saluti operam

dedit, alacriter in via ambulavit sanctitatis ac filias suas spiritales docuit SS. Corpus Domini cum fervore Seraphim adorare; scripsit enim: « Adoratrix Perpetua seraphina esse deberet in amando atque adorando Iesu in Sacramento abscondito; omnes eius affectus contendere ad Eum deberent, vitam nostram veramque nostram laetitiam ».

Fidelis haec Christi discipula in lucem edita est die 16 mensis Aprilis anno 1770 in oppido Portu Sancti Stephani, intra fines posito dioecesis Pitilianensis-Soanensis-Urbetelliensis, a Laurentio Sordini et Teresia Movizzo, coniugibus fide divitibus, caritate, filiis atque bonis terrenis. Postridie quam orta, est baptizata nomine ei indito Catharina ac postea primam Communionem accepit et Confirmationem.

Inde a pueritia indolem ostendit simplicem et laetam, intellegentem atque vivacem necnon perspicuam ad pietatem et eucharisticam religionem propensionem. Quotidie mane namque una cum matre fervide Missae celebrationi intererat magnoque afficiebatur gaudio cum Eucharistiam adorare poterat sollemniter palam propositam in ecclesia loci in quo nata est. Sedecim annorum puella, gratia mota, matrimonium recusavit statuitque Iesum Crucifixum sequi, se omnino vitae consecratae dedens. Patris repugnantia superata, anno 1788 ingressa est coenobium Tertiariarum Regularium Franciscanarum vici vernáculo sermone *Ischia di Castro* denominati, apud Viterbium. Per novitiatum caelitus se sensit incitatam ad condendum deinceps inde in aliquot annos Opus in adorationem perpetuam divini Sacramenti collatum. Die 28 mensis Octobris anno 1789 vota fecit religiosa, nomine capto Sorore Maria Magdalena ab Incarnatione. Multiplicibus deinde muneribus est iuncta, inter quae aedituae atque aegrotantium ministrae.

Praeter exspectationem die 20 mensis Aprilis anno 1802 electa est abbatissa, in quo officio explendo necopinato excellentes ostendit dotes regiminis. Monasterii condiciones oeconomicas restituit atque monialium gradum spiritalem extulit. Abbatissae idoneae et sanctae fama circumiecta loca pervasit; quocirca incolae loci, viri clarissimi et insignes benefactores illam adibant ut eandem cognoscerent et eius verbum audirent. Dum diligenter atque prudenter suum exsequebatur munus antistitae, animum attendebat ad Ordinem instituendum adorationi eucharisticae intentum, sicut ei per novitiatum revelatum erat. Concorditer cum Episcopo Aquipendiensi et auxilio sui confessarii, sacerdotis Ioannis Antonii Baldeschi (t 1840), potuit in notitiam Summi Pontificis Pii VII perferre propositum suum, qui ei optatam concessit veniam Romam veniendi ut Opus suum inciperet, quod anno

1807 iniit vetere monasterio empto, in quo Sanctissimi Sacramenti expositionem atque adorationem auspicata est. Die 2 mensis Februarii anno 1808, militibus Gallicis urbem occupantibus, Cardinalis Vicarius novi Ordinis Constitutiones approbavit, qui Regulam sequebatur Sancti Augustini. Anno 1811 ab Auctoritatibus Gallicis ad exsilium subacta, Serva Dei aliquamdiu Florentiae commorata est, et, cum Romam rediit, anno 1814, monasterium suum rursus aperuit Operique suo confirmando se dedidit, Adoratricibus Perpetuis Sanctissimi Sacramenti formandis, Constitutionibus perficiendis necnon rebus ad vitam necessariis quaerendis communitatis, cuius superior ecclesiasticus erat prudens ac paternus Venerabilis Servus Dei Iosephus Bartholomaeus Menochio, O.S.A. (f 1823), episcopus titularis Porphyriensis et Praefectus sacrarii Summi Pontificis.

Serva Dei, anno 1817, cum aliquibus sodalibus vestem sibi induit Adoratricum Perpetuarum; anno 1818 professionem sollemnem fecit atque eodem anno a Pio VII Ordinis approbationem accepit.

Etsi infirma valetudine laboraret et diaboli molestiis, in Christi adsectatione perseveravit altumque est perfectionis christianae gradum assecuta, cum alacritate et laetitia virtutibus cultis. Fides, spes et caritas lucernae fuerunt, quae eius illustraverunt gressus a iuventute usque ad vitae exitum. Firmiter in Deum credidit, in revelationem inque supremum Ecclesiae magisterium. Voluntati Domini oboedivit, divinaque servavit praecepta, Regulam quam erat secuta atque vota quae susceperat. Ut Deo placeret, maximo bono suo, peccatum fugit et quodlibet mendum, atque constanter sanctitatem appetivit. Suam aluit cum Domino coniunctionem divina liturgia, precatione continua, veritatum aeternarum meditatione ac ferventi erga Domini Passionem praesertimque Eucharistiam pietate, quae vitae eius spiritalis centrum fuit vivum. Mente et corde in mysterium eucharisticum credidit: « Firmiter credo — scripsit — et parata sum ad hanc veritatem etiam per mortem testificandam, Te, verum Deum et verum Hominem, vere, realiter ac substantialiter sub visibilibus Sacramenti speciebus praesentem esse. Ideo Te adoro Teque toto corde diligo in hoc altissimo Mysterio ».

Gloriae Dei animarumque salutis studii plena, peculiari cum cura monialium spiritali formationi consulebat, quas saepe commonefaciebat ipsarum vocationem ad eucharisticam adorationem actum esse dilectionis in Iesum, qui eas elegerat. In "Adhortatione", quae dicebatur (anno 1808), scripsit eis: « Iesus amat vos, et, quia vos amat, vocavit vos ut Se adoretis, laudetis sibique humillimos ac sincerissimos actus praebeatis vestrae reve-

rentiae et venerationis »; et addebat adorationem responsionem animae esse amori sui Redemptoris, atque rationem operam dandi Regno Dei aedifìcando, et caelitus exaltationi Ecclesiae impetrandae, fidei in populis propagandae, paci inter nationes consequendae, Summi Pontificis saluti ac prosperitatis obtinendae, peccatorum, haereticorum, schismaticorum, non christianorum et non credentium conversioni adipiscendae.

Mysterio eucharistico collustrante Serva Dei in sua communitate cordium consensionem fovit, fidelitatem vocationi, diligentem Regulae observantiam.

Sodales suas ac filias spiritales cum amore tractabat, prudentia et firmitudine, eas adhortando ad altissimas sanctitatis vias percurrendas et, cum opus erat, easdem admonebat et corrigebat.

In moniales infirmas et in pauperes officiosa fuit. Temporum nequitiam, exsilii incommoda, labores in Ordine condendo Adoratricum Perpetuarum Sanctissimi Sacramenti, morbos quibus per multos annos est affecta, onus gubernationis monasterii sui, primum loci *Ischia di Castro,* deinde Romae, patienter toleravit. Extremis vitae annis, quibusdam in casibus, rerum adversarum et responsabilitatis onus nimium esse eius debilitati videbatur; sed statim reviviscebat atque sibi omnino temperabat. Mundi rerum neglectionem curavit ac paupertatem; semper rebus contenta fuit stricte necessariis; castigationem sui exercuit necnon paenitentiam, praesertim tempore quadragesimae et adventus.

Facultatibus suis non est confisa neque terrae potentibus, sed auxilio Providentiae, cui vitae suae Operisque sui sortem commisit. In Christo enim spem collocaverat; quam ob rem scripsit: « Sine dubio spero Te, cum Te totum mihi donaveris in hoc Sacramento pro mea salute, pro meo spiritali profectu, pro mea in virtute inque perfectione christiana perseverantia, nihil mihi esse recusaturum, quod mihi necesse erit meaeque sanctificationi prodesse poterit ». Filiali cum amore ad praesidium confugiebat Mariae Virginis Perdolentis, quam et precatione invocabat et humili impulsione imitabatur, nitens et ipsa « ancilla Domini » esse in oboedientia et in dono sui; atque Adoratrices Perpetuas idem facere docebat: «Vehemens et constans sit in eis — scripsit — pietas erga dolores Virginis Mariae, Matris adorabilis Salvatoris Iesu in Sacramento absconditi; quae, post Eum, affectuum lenitudine est eis veneranda atque imploranda, ut omnes bene custodiantur sub pretioso eius potentissimi patrocinii amictu ».

Iusta fuit erga Deum et erga proximos; temperans, fortis in difficultatibus atque in fidelitate Deo suaeque consecrationi; prudens in rationibus se-

ligendis ad suam sanctificationem aptioribus, in Ordine suo regendo, in necessitudinibus cum monialibus, cum Auctoritatibus et cum populo, cui praeclaris virtutibus exemplo fuit.

Ad supremum cum Domino occursum diligenter se praeparavit; et, cum cognovit parum sibi vitae superesse, dixit: « Laetissima sum quod morior, et avidissime exspecto, donec dilecto Sponso meo coniungar ». Recitatione sancti Rosarii Gomitata, sicut ipsa petiverat, est in vitam aeternam ingressa die 29 mensis Novembris anno 1824, a sua communitate venerata.

Fama sanctitatis, qua in vita claruerat, post eius mortem perduravit; quapropter Vicariatus Romanus Causae beatificationis et canonizationis initium fecit per celebratum Processum Ordinarium (annis 1845-1851), cui additi sunt Rogatoriales Aquipendiensis, Taurinensis, Neapolitanus. Eventus eorum annorum, qui vitam internam turbaverunt Ordinis a Serva Dei conditi, infeliciter ad Causam valuerunt, non autem ad auctum Instituti, quod in praesentia adest in variis mundi partibus octoginta circiter habens monasteria, in tres societates constituta.

Saeculo fere exacto, Sanctitas Sua Ioannes Paulus II concessit ut Causa iter suum iteraret. Die 26 mensis Aprilis anno 1985 decretum promulgatum est super auctoritate et vi Processuum qui sunt supra commemorati. Apparata Positione, disceptatum est ex normis an Mater Maria Magdalena ab Incarnatione virtutes coluisset sicut heroas addecet. Die 15 mensis Martii anno 1996, cum exitu prospero, actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales porro et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 16 mensis Ianuarii anno 2001, audita relatione Excellentissimi Domini Andreae Mariae Erba, Episcopi Veliterni-Signini et Causae Ponentis, professi sunt Servam Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales iique adnexas observavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae*

Dei Mariae Magdalenae ab Incarnatione (in saec.: Catharinae Sordini), Fundatricis Ordinis Adoratricum Perpetuarum SS. Sacramenti, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. 93 S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Caietani Errico, sacerdotis et fundatoris Congregationis Missionariorum a SS. Cordibus Iesu et Mariae (1791-1860)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Caietanus Errico natus est in oppido vulgo denominato *Secondigliano,* intra fines posito archidioecesis Neapolitanae, die 19 mensis Octobris anno 1791. Sacerdos ordinatus, in loco ubi ortus est ministerio pastorali se dedidit atque pauperioribus assiduitati praebendae. Congregationem condidit Missionariorum a SS. Cordibus Iesu et Mariae, quae in christianam doctrinam docendam incumberet inque missionum praedicationem ad populum. In eodem oppido *Secondigliano* est vita defunctus die 29 mensis Octobris anno 1860, fama sanctitatis insignis.

Die 4 mensis Octobris anno 1974 Summus Pontifex Paulus VI declaravit Servum Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisse.

Causae Postulatio, eius beatificationis respectu, iudicio Congregationis de Causis Sanctorum miram permisit coniectam sanationem abdominis acuti ex ulcere duodeni perforato cum peritonite. Casus pertinet ad Salvatorem Caccioppoli, Stabiani, qui, iam aliquot annos ulcere duodeni laborans, die 9 mensis Ianuarii anno 1952, necopinatis et diffusis abdominis doloribus cum sudoratione frigida affectus est. Duo medici arcessiti ad aegrotum visitan-

dum, suaserunt ut ilico in valetudinarium deduceretur atque chirurgicam sectionem subiret, sed ille recusavit.

Tempore postmeridiano eiusdem diei Salvator et eius uxor auxilium divinum postulaverunt per intercessionem Servi Dei Caietani Errico. Ex improviso doloris symptomatologia regredi coepit ac brevi completa facta est sanatio.

Coniectus mirus eventus est in Curia Neapolitana, anno 1999, per Inquisitionem dioecesanam consideratus, quae a Congregatione de Causis Sanctorum probata est decreto die 10 mensis Decembris anno 1999 promulgato.

Dicasterii Collegium Medicorum, in sessione die 30 mensis Martii anno 2000 habita, una voce professum est sanationem celerrimam fuisse, perfectam, duraturam et ex scientia inexplicabilem. Die 3 secuti mensis Iulii Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum actus est atque die 9 mensis Ianuarii anno 2001 Sessio Ordinaria est facta Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Laurentio Chiarinelli, Episcopo Viterbiensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Caietani Errico, Sacerdotis, Fundatoris Congregationis Missionariorum a SS. Cordibus Iesu et Mariae, videlicet de celérrima, perfecta ac duratura sanatione Salvatoris Caccioppoli ab "addome acuto da ulcera duodenale perforata, con peritonite".*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. œ s.

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Pauli Manna, sacerdotis pontificii instituti pro Missionibus exteris (1872-1952)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Paulus Manna die 16 mensis Ianuarii anno 1872 natus est Abellini, in Italia. Missionali studio illectus, Seminarium Missionum Exterarum Mediolanensium ingressus est. Ordinatus sacerdos anno 1894, missionarius in Birmaniam profectus est, sed aliquot post annos propter infirmae valetudinis causam fuit ei in Italiam redeundum, ubi fautor fuit ampli motus pro Missionibus catholicis. Multos scripsit libros, plures condidit commentarios atque Pontificiam Consociationem Missionariam Cleri; Superior Generalis fuit Pontificii Instituti Missionum Exterarum (P.I.M.E.). Neapoli mortuus est die 15 mensis Septembris anno 1952, fama sanctitatis clarus.

Beatificationis et canonizationis Causa inita est anno 1974. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 18 mensis Februarii anno 1982, declaravit Servum Dei sicut heroas addecet virtutes théologales, cardinales iisque adnexas observavisse.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio Congregationi de Causis Sanctorum iudicandam permisit coniectam miram sanationem pro Patre Alfio Vinci patratam, sacerdote Pontificii Instituti Missionum Exterarum, qui, mense Maio anno 1973, in valetudinario Sancti Iudae loci *Fullerton* in California, est orchectomiae subiectus ad magnum tumorem auferendum, cuius histológica inspectio diagnosim posuit de teratocarcinomate. Subsequentibus diebus graves apparuerunt implicationes, quibus dolores abdominis additi sunt atque distinctus icterus; quocirca die 11 mensis Iunii eodem anno laparotomia est facta, quae in luce posuit magnam metastasim hepaticam (sarcoma spinocellulare), in lobo dextro iecoris sitam atque membris vicinioribus adhaerentem. Cum chimiotherapia vana fuisset, aegroti condicio in peius est versa et, quia massa hepática secari non poterat, prognosis infausta fuit quoad vitam ac e valetudinario dimissus est aeger die 8 secuti mensis Iulii. Interim Pater Vinci, eius fratres sodales et Oblatae Apostolicae, quae ei assidebant, divinum auxilium per intercessionem Servi Dei Pauli Manna coeperant invocare. Post aliquot precationis dies, mensis Iulii

die 17 anno 1973, ex improviso salutaris mutatio facta est: abdominis dolores defecerunt, aegrotus cibum resumpsit ac denuo ambulare incepit, icterus est regressus.

Salutaris mutatio prosecuta est usque ad plenam sanationem, quae mira habita est; quapropter anno 1992 apud Curiam episcopalem Arausicanam in California instructa est Inquisitio dioecesana, quam additicia Inquisitio est secuta in eadem Curia celebrata anno 1994. Harum Inquisitionum auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 29 mensis Septembris anno 1995 promulgatum. Dicasterii Collegium Medicorum, die 9 mensis Martii anno 2000, una voce professum est sanationem rapidissimam fuisse, completam, duraturam et pro scientia inexplicabilem proque praesentibus medicorum cognitionibus. Die 27 mensis Octobris eiusdem anni Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum, et die 16 mensis Ianuarii anno 2001 Sessio Ordinaria est facta Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Aloisio Barbarito, Archiepiscopo titulari Florentinensi.

Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Pauli Manna, Sacerdotis Pontificii Instituti Pro Missionibus Exteris, videlicet de rapidissima, completa ac duratura sanatione Patris Alf ii Vinci a "teratocarcinoma del testicolo destro con presenza di metastasi epatica".*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ffi S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

UTINENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Conceptae Bertoli, christifidelis laicae (1908-1956)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Quemadmodum communicatis Christi passionibus, gaudete, ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exsultantes » (1 Pi 4, 13).

Reapse per suae exsistentiae terrenae cursum Concepta Bertoli passionibus Christi cum gaudio communicavit, suos dolores offerendo pro bono Ecclesiae et hominum salute.

Serva Dei nata est in pago vernáculo sermone denominato *Mereto di Tomba,* in dioecesi atque Utinensi provincia sito, die 14 mensis Aprilis anno 1908, a paupere et admodum religiosa familia. Nonnisi viginti mensium aetatem habens matrem amisit et de ea soror Maria curam adhibuit. Ludi primis tribus classibus frequentatis, domi et in agris incepit laborare.

Bona puella erat, indole vivax, hilaris, ad oblectationem propensa, sed circulos non frequentabat ambiguos et periculosos. Sanctae Missae intererat atque sacris postmeridianis ac naviter opera paroecialia participabat.

Anno 1923 nomen professa est in consociationem Iuventutis Actionis Catholicae, sed insequenti anno eam reliquit, nondum Domini consilio de se bene intellecto. Sexdecim annos nata, dum in ecclesiam se conferebat ad Missam diei Nativitatis Domini anno 1924, acerbo pedis dolore affecta est. Primis mensibus anni 1925 dolores etiam ad manus diffluxerunt. Post inanes curationis conatus, diagnosis facta est de malo insanabili et progredienti: id est, arthritide nervorum deformante polyarticulari rheumatica.

Initio morbi Serva Dei satis negotii habuit in recipienda in se immobilitate necessaria; postea tamen, parocho adiuvante domino Nicodemo Zanini, didicit gravem infirmitatem accipere christiana cum patientia, suos dolores suscipiens pro Ecclesia offerendos, pro sacerdotum sanctificatione proque peccatorum conversione. Ad Actionem Catholicam régressa, incepit apostolatum explicare erga puellas, quae eam ibant visitatum, atque personas in quas incurrebat exiens in cisio.

Anno 1935 eius condicio in deterius versa est: maxillae arte alligatae, non sinebant amplius eam Communionem accipere. Poterat solummodo se alere liquoribus, qui interfluebant inter hiatus dentium, nec amplius poterat caput movere, nec brachia, nec manus, nec crura. Die 19 mensis Iulii anno 1938, amicarum consilio, sacram Lapurdum peregrinationem participavit: Virginem Mariam sanationem non postulavit, sed tantum gratiam ut quam optime acciperet suam condicionem ac Sanctam Communionem,

quamvis interclusione maxillarum esset impedita. Exaudita est. Lapurdi, sacerdos quidam Hostiae consecratae particulam introducere potuit per rimani inter dentes. Exinde, hac usa ratione, semper potuit Eucharistiam sumere, summa cum sua consolatione.

Anno 1941 in Tertium Ordinem Franciscanum intravit. Interea etiam visus et auditus coeperunt gradatim imminui. Anno 1948 patrem amisit, iam plus octoginta annos natum, et persona igitur orbata est, quae ad id tempus ei cum amore assederai.

In Nativitate Domini anno 1949 est Missa celebrata in eius cubiculo, per quam Communionem accepit sicque voluit suas nuptias argénteas cum morbo commemorare. Anno 1951 Lauretum vecta est locum sacrum visitatura et, quamquam iam omnino caeca erat, videre potuit et basilicam describere, sanctam domum atque Mariae Virginis imaginem. Malis confecta, exstincta est die 11 mensis Martii anno 1956, pie ultimis sacramentis acceptis.

Serva Dei vitam suam ad veritates revelatas conformavit, se Domino committendo et cum fiducia donando; fidem aluit pietate eucharistica et erga Virginem Mariam necnon Sacrarum Litterarum meditatione, quas a visitatoribus sibi legendas curabat, una cum vitas sanctorum bonosque libros spiritales. Cotidie sanctum Rosarium recitabat eius mysteria contemplans, et saepe conclavis sui in valetudinario fenestras patere sinebat, ut se iungeret orationibus quae in vicina paroecia dicebantur. Spe fortissima sustenta magis in dies cogitationes terrenas est aversata, bona aspiciens caelestia, pro certo habens tot subitis doloribus se dignius praeparatum iri ad aeternum praemium. Divinae misericordiae conscia, visitantibus iniciebat magnam fiduciam bonitatis Domini. Dei caritate mota est ad suas molestias offerendas tamquam argumentum dilectionis in eum et in expiationem peccatorum ab humano genere commissorum atque pro missionibus. Laetanter excipiebat quotquot illam invisebant iisque gaudium iniciebat et serenitatem. Eventus ei cordi erant, qui circa fiebant et, pro variis condicionibus, precabatur ac proprias aegritudines offerebat, sciens hoc modo posse se mundi redemptionem communicare. Dilexit etiam eos, a quibus affligebatur, numquam lamentans nec umquam neglegentias et incurias commemorabat, quibus afflictabatur. Aeque et sapienter personas et res iudicabat omniaque et omnes in lumine Dei videre sciebat. Hae facultates suaserunt multis, qui illam invisebant, ut sibi illam consiliatricem eligerent. Alacriter divina mandata servabat et leges Ecclesiae atque exoptabat omnes Deum colere et vereri apte et commode. Semper iusta fuit etiam erga proximos, ac magnanimitate excusabat eos, a quibus non optime tractabatur. Certe heroica est habenda fortitudo, cuius specimen dedit in toleranda supernaturali cum serenitate et Franciscana laetitia gravi cruce morbi, qui ei corpus

deformaverat. Non solum laeta accepit privationes innumerabiles quae ei subeundae fuerunt ob corporis condiciones, verum eis addidit castigationes atque iacturas voluntarias. Semper sibi animique inclinationibus moderata est.

Castum verbum servavit et corpus integrum, ita altum suum testificans interiorem nitorem. Spiritu impulsa Franciscano paupertatem excepit et amavit, tamquam thesaurum. Si quando donum recipiebat, illud pauperibus aut pueris largiebatur, ostendens hoc modo magnam rerum mundi neglectionem. Annis, quibus iuventutem Actionis Catholicae frequentavit, cum docilitate superioribus est obsecuta atque, per morbum, omnino Deo paruit et assidentibus. Multae humilitatis fuit, parvam se sentiens prae Dei magnitudine.

Hinc, ob diffusam sanctitatis famam, Archiepiscopus Utinensis beatificationis et canonizationis Causam iniit per celebratum Processum Ordinarium Informativum (annis 1969-1971); annis 1989-1990 effecta est etiam Inquisitio dioecesana additicia. Hi Processus probati sunt a Congregatione de Causis Sanctorum decretis die 8 mensis Novembris anno 1985 et die 16 mensis Aprilis anno 1993 promulgatis. Confecta Positione, ex norma, disceptatum est an Serva Dei heroum more virtutes observavisset. Felici cum exitu, die 16 mensis Iunii anno 2000 Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus. Patres Cardinales deinde et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 6 mensis Martii habita anno 2001, audita relatione Excellentissimi Domini Salvatoris Fisichella, Episcopi titularis Vicohabentini, Causae Ponentis, fassi sunt Conceptam Bertoli heroum in modum virtutes théologales, cardinales et iis adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Conceptae Bertoli, Christifidelis laicae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

k gg g

E8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

BACABALENSIS et COROATENSIS

de finium mutatione

DECRETUM

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP. DD. Iosephus Belisarius da Silva, Episcopus Bacabalensis, et Reginaldus Ernestus Piinder, Episcopus Coroatensis, unanimi consensu ab Apostolica Sede expostulaverunt ut circumscriptionum sibi concreditarum fines aliquantulum immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Alfii Rapisarda, Archiepiscopi titulo Cannensis et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit. Quapropter, hoc Decreto, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Bacalabensi ea distrahitur pars territorii municipiorum vulgo *Bacabal* et *Säo Luiz Gonzaga do Maranhäo* quae nuper novo municipio *Alto Alegre do Maranhäo* unita est, eaque dioecesi Coroatensi adnectitur, mutatis, hac ratione, utriusque ecclesiasticae circumscriptionis finibus. Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 19 mensis Iulii, anno 2001.

IOANNES B. card. RE, *Praef.*

£8 Franciscus Monterisi, *a secretis.*

L. © S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 573/2001

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 28 Novembris 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Risinitanae, Exc.mum P.D. Casparem Ladocsi, hactenus Ordinarium Militarem in Hungaria, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Strigoniensis-Budapestinensis.

— Ordinariatui Militari in Hungaria R.D. Thomam Szabó, hactenus moderatorem cancellariae Conferentiae Episcoporum Hungariae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Novensi in Dalmatia R.D. Odilonem Petrum Scherer, e clero Toletano in Brasilia, officialem Congregationis pro Episcopis, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Sancti Pauli in Brasilia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nasaitensi R.D. Benedictum Beni dos Santos, Vicarium generalem Taubatensem, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Sancti Pauli in Brasilia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tagariensi R.D. Iosephum Benedictum Simäo, e clero Sancti Pauli in Brasilia, moderatorem Pontificiae Facultatis Theologiae « Beatae Virgini Mariae Assumptae » dicatae, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Sancti Pauli in Brasilia.

— Metropolitanae Ecclesiae Iudiciforensi, Exc.mum P.D. Euricum dos Santos Veloso, hactenus Episcopum Luceatinum.

— Cathedrali Ecclesiae Iguassuensi Exc.mum P.D. Laurindum Guizzardi, C.S., hactenus Episcopum Bagensem.

die SO Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Coviensi, R.D. Iosephum Stephanum Vasquez, e clero dioecesis Angelianae, ibique paroeciae Sancti Iosephi curionem, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Galvestoniensis-Houstoniensis.

— Cathedrali Ecclesiae Ruynensi-Norandensi R.D. Dorylas Moreau, e clero Sanctae Annae Pocatierensis, hactenus curionem Sancti Patricii apud « Riviere-du-Loup ».

die 4 Decembris 2001. — Episcopum Coadiutorem Coloratensium Fontium, Exc.mum P.D. Michaelem Ioannem Sheridan, hactenus Episcopum titularem Thibiucensem et Auxiliarem archidioecesis Sancti Ludovici.

die 5 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Ialapensi in Guatimala Exc.mum P.D. Iulium Edgarium Cabrera Ovalle, hactenus Episcopum Quicensem.

die 11 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Valentinensi R.D. Desiderium Christophorum Lagleize, e clero archidioecesis Bituricensis, hactenus vicarium moderatorem Instituti vulgo dicti « Centre National de l'Enseignement Religieux ».

die 12 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Vestphalenianae R.D. Zenonem Hastenteufel, e clero archidioecesis Portalegrensis in Brasilia, ibique magistrum in Pontifìcia Universitate Catholica.

— Coadiutorem dioecesis Iaboticaballensis R.P. Ferdinandum Antonium Brochini, C.S.S., hactenus Provincialem in Brasilia Congregationis a Ss. Stigmatibus D.N.I.C.

— Titulari episcopali Ecclesiae Timicitanae R.D. Donaldum Georgium Sproxton, e clero archidioecesis Perthensis, hactenus curionem paroeciae Sancto Gerardo Majella dicatae, in civitate vulgo « Mirrabooka », quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die IS Decembris. — Ecclesiae Passaviensi Exc.mum P.D. Villelmum Schraml, hactenus Episcopum titularem Munatianensem et Auxiliarem dioecesis Ratisbonensis.

die 15 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Rubribaculensi, Exc.mum P.D. Robertum Villelmum Muench, hactenus Episcopum Covingtonensem.

die 18 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Oviedopolitanae Exc.mum P.D. Ioannem Baptistam Gavilán Velázquez, hactenus Episcopum Sanctissimae Conceptionis in Paraguay.

die 19 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Phelbesianae R.D. Airton Iosephum dos Santos, hactenus curionem templi cathedralis dioecesis Sancti Andreae in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Valadarensi, Exc.mum P.D. Varnerium Franciscum Siebenbrock, hactenus Episcopum Neo-Iguassuensem.

die 19 Decembris 2001. — Coadiutorem dioecesis Paranavaiensis R.D. Eliseum de Moráis Pimentel, e clero dioecesis Iacarezinhoënsis ibique Seminarii maioris rectorem.

die 20 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Trevirensi Exc.mum P.D. Rainardum Marx, hactenus Episcopum titularem Petinensem et Auxiliarem archidioecesis Paderbornensis.

die 21 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Burdigalensi Exc.mum P.D. Ioannem Petrum Picard, hactenus Episcopum Montis Pessulani.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 2 Octobris 2001. — Cathedrali Ecclesiae Aizavensi R.P. Stephanum Rotluanga, C.S.C., in praesens apud civitatem Agartalanam eiusdem Congregationis a S. Cruce magistrum candidatorun.

— Cathedrali Ecclesiae Kengtunghensi Exc.mum P.D. Petrum Aloisium Cakii, hactenus Episcopum titularem Abiddensem et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Vitbankensi R.P. Paulum Mandla Khumalo, C.M.M., hactenus Vicarium generalem eiusdem Congregatioms Missionariorum de Mariannhill.

— Episcopum Coadiutorem Larantukanum R.D. Franciscum Kopong Kung, hactenus Pro-Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

die 16 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Visakhapatnamensi, noviter erectae in India, Exc.mum P.D. Mariadas Kagithapu, M.S.F.S., hactenus Episcopum eiusdem dioecesis.

die 16 Octobris 2001. — Cathedrali Ecclesiae Andongensi R.D. Ioannem Chrysostomum Kwon Hyok-ju, e clero eiusdem dioecesis, in praesens Seminarii interdioecesani Taeguensis Theologiae Dogmaticae professorem.

— Cathedrali Ecclesiae Kinkalanae R.D. Aloisium Portella, e clero Nigrirostrensi, hactenus Administratorem Apostolicum « sede plena et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Nkayiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Mahagiensi-Niokaënsi R.D. Marcellum Utembi Tapa, hactenus Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Nkayiensi R.D. Danielem Mizonzo, e clero eiusdem dioecesis, Seminarii maioris Brazzapolitani olim professorem.

— Cathedrali Ecclesiae Quilonensi R.D. Stanislaum Roman, e clero eiusdem dioecesis, in praesens « St. Joseph's Pontifical Seminary Carmelgiri » in urbe archidioecesis Verapolitanae, vulgo Alwaye, rectorem.

[8] La Congregazione per la Dottrina della Fede, a motivo di tendenze manifestate in diversi ambienti e sempre più recepite anche nel pensiero dei fedeli, ha pubblicato la ***Dichiarazione "Dominus Iesus" circa l'unicità e l'universalità salvifica di Gesù Cristo e della Chiesa*** (AAS, 92 [2000] 742-765), per tutelare i dati essenziali della fede cattolica. La ***Notificazione*** si ispira ai principi indicati nella suddetta ***Dichiarazione*** per la valutazione dell'opera di J. Dupuis.

[9] Cf. CONC. DI TRENTO, Decr. ***De peccato originali,*** Denz n. 1513; Decr. ***De iustificatione,*** Denz nn 1522; 1523; 1529; 1530 Cf. anche CONC. VATICANO II, Cost. past. ***Gaudium et spes,*** n. 10; Cost dogm ***Lumen gentium,*** nn 8; 14; 28; 49; 60. GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. ***Red-***

2. Deve essere pure fermamente creduto che Gesù di Nazareth, Figlio di Maria e unico Salvatore del mondo, è il Figlio e il Verbo del Padre.[10] Per l'unità del piano divino di salvezza incentrato in Gesù Cristo, va inoltre ritenuto che l'azione salvifica del Verbo sia attuata in e per Gesù Cristo, Figlio incarnato del Padre, quale mediatore della salvezza di tutta l'umanità.[11] È quindi contrario alla fede cattolica non soltanto affermare una separazione tra il Verbo e Gesù o una separazione tra l'azione salvifica del Verbo e quella di Gesù, ma anche sostenere la tesi di un'azione salvifica del Verbo come tale nella sua divinità, indipendente dall'umanità del Verbo incarnato.[12]

IL A PROPOSITO DELL'UNICITÀ E PIENEZZA DELLA RIVELAZIONE DI GESÙ CRISTO

3. Deve essere fermamente creduto che Gesù Cristo è il mediatore, il compimento e la pienezza della rivelazione.[13] E quindi contrario alla fede della Chiesa sostenere che la rivelazione di/in Gesù Cristo sia limitata, incompleta e imperfetta. Inoltre, benché la piena conoscenza della rivelazione divina si avrà soltanto nel giorno della venuta gloriosa del Signore, tuttavia la rivelazione storica di Gesù Cristo offre tutto ciò che è necessario per la salvezza dell'uomo e non ha bisogno di essere completata da altre religioni.[14]

4. E conforme alla dottrina cattolica affermare che i semi di verità e di bontà che esistono nelle altre religioni sono una certa partecipazione alle verità contenute nella rivelazione di/in Gesù Cristo.[15] È invece opinione erronea ritenere che tali elementi di verità e di bontà, o alcuni di essi, non derivino ultimamente dalla mediazione fontale di Gesù Cristo.[16]

emptoris missio, n. 5: AAS 83 (1991) 249-340; Es. Apost. ***Ecclesia in Asia,*** n. 14: AAS 92 (2000) 449-528; CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. ***Dominus Iesus,*** n. 13-15.

[10] Cf. CONC. DI NICEA I, Denz n. 125; CONC. DI CALCEDONIA, Denz n. 301.

[11] Cf. CONC. DI TRENTO, Decr. ***De iustificatione,*** Denz. nn. 1529; 1530; CONC. VATICANO II, Cost. lit. ***Sacrosanctum Concilium,*** n. 5; Cost. past. ***Gaudium et spes,*** n.. 22.

[12] Cf. GIOVANNI PAOLO II, Lett, Enc. ***Redemptoris missio,*** n. 6. CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. ***Dominus Iesus,*** n. 10.

[13] Cf, CONC. VATICANO II, Cost. dogm. ***Dei verbum,*** nn. 2; 4; GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. ***Fides et ratio,*** nn 14-15; 92, AAS 91(1999) 5-88; CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. ***Dominus Iesus,*** n. 5.

[14] Cf. CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. ***Dominus Iesus,*** n. 6; ***Catechismo della Chiesa Cattolica,*** nn. 65-66.

[16] Cf. CONC. VATICANO II, Cost. dogm. ***Lumen gentium,*** n. 17; Decr., ***Ad gentes,*** n. 11; Dich. ***Nostra Aetate,*** n 2.

[16] Cf. Conc, Vaticano II, Cost dogm. ***Lumen gentium,*** n. 16; GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc ***Redemptoris missio,*** n. 10.

III. A PROPOSITO DELL'AZIONE SALVIFICA UNIVERSALE DELLO SPIRITO SANTO

5. La fede della Chiesa insegna che lo Spirito Santo operante dopo la risurrezione di Gesù Cristo è sempre lo Spirito di Cristo inviato dal Padre, che opera in modo salvifico sia nei cristiani sia nei non cristiani.[17] E quindi contrario alla fede cattolica ritenere che l'azione salvifica dello Spirito Santo si possa estendere oltre l'unica economia salvifica universale del Verbo incarnato.[18]

IV. A PROPOSITO DELL'ORDINAZIONE DI TUTTI GLI UOMINI ALLA CHIESA

6. Deve essere fermamente creduto che la Chiesa è segno e strumento di salvezza per tutti gli uomini.[19] E contrario alla fede cattolica considerare le varie religioni del mondo come vie complementari alla Chiesa in ordine alla salvezza.[20]

7. Secondo la dottrina cattolica anche i seguaci delle altre religioni sono ordinati alla Chiesa e sono tutti chiamati a far parte di essa.[21]

V. A PROPOSITO DEL VALORE E DELLA FUNZIONE SALVIFICA DELLE TRADIZIONI RELIGIOSE

8. Secondo la dottrina cattolica si deve ritenere che "quanto lo Spirito opera nel cuore degli uomini e nella storia dei popoli, nelle culture e religioni, assume un ruolo di preparazione evangelica (cf. Cost. dogm. *Lumen gentium,* 16)".[22] È dunque legittimo sostenere che lo Spirito Santo opera la salvezza nei non cristiani anche mediante quegli elementi di verità e di bontà presenti nelle varie religioni; ma non ha alcun fondamento nella teologia cattolica ritenere queste religioni, considerate come tali, vie di salvez-

[17] Cf. CONC. VATICANO II, Cost. past. ***Gaudium et spes,*** n. 22; GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. ***Redemptoris missio,*** nn. 28-29.

[18] Cf. GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. ***Redemptoris missio,*** n. 5; Es. Apost. ***Ecclesia in Asia,*** nn.. 15-16; CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. ***Dominus Iesus,*** n.. 12.

[19] Cf, CONC. VATICANO II, Cost. dogm. ***Lumen gentium,*** nn. 9; 14; 17; 48, GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. ***Redemptoris missio,*** n. 11; CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. ***Dominus Iesus,*** n. 16.

[20] Cf. GIOVANNI PAOLO II, Lett Enc ***Redemptoris missio,*** n., 36; CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich, ***Dominus Iesus,*** nn. 21-22.

[21] Cf, CONC. VATICANO II, Cost. dogm,. ***Lumen gentium,*** n. 13 e n. 16; Decr. ***Ad gentes,*** n. 7; Dich. ***Dignitatis humanae,*** n. 1; GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc. ***Redemptoris missio,*** n. 10; CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. ***Dominus Iesus,*** nn.. 20-22; ***Catechismo della Chiesa Cattolica,*** n. 845.

[22] GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc, ***Redemptoris missio,*** n. 29.

za, anche perché in esse sono presenti lacune, insufficienze ed errori,[23] che riguardano le verità fondamentali su Dio, l'uomo e il mondo.

Inoltre, il fatto che gli elementi di verità e di bontà presenti nelle varie religioni possano preparare i popoli e le culture ad accogliere l'evento salvifico di Gesù Cristo, non comporta che i testi sacri delle altre religioni possano considerarsi complementari all'Antico Testamento, che è la preparazione immediata allo stesso evento di Cristo.[24]

Il Sommo Pontefice Giovanni Paolo II, nel corso dell'Udienza del 19 gennaio 2001, alla luce degli ulteriori sviluppi, ha confermato la sua approvazione della presente Notificazione, decisa nella Sessione Ordinaria di questa Congregazione, e ne ha ordinato la pubblicazione.

Roma, dalla sede della Congregazione per la Dottrina della Fede, il 24 gennaio 2001, nella memoria di San Francesco di Sales.

83 JOSEPH card. RATZINGER, *Prefetto*

& Tarcisio Bertone S.D.B.
Arcivescovo em. di Vercelli
Segretario

CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

i

CONCESSIO COMMUNIONIS ECCLESIASTICAE

Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus PP. II communionem ecclesiasticam ad normam cc. 76 et seq. CCEO concessit:

die 20 Octobris 1998. — Suae Beatitudini Ignatio Moussa I Daoud, a Synodo Episcoporum Ecclesiae Antiochenae Syrorum ad Sedem Patriarchalem Antiochenam Syrorum die 13 Octobris 1998 canonice electo.

[23] Cf. CONC. VATICANO II, Cost. dogm *Lumen gentium,* n. 16; Dich. *Nostra aetate,* n 2; Decr. *Ad gentes,* n. 9; cf. anche PAOLO VI, Es. Apost. *Evangelii nuntiandi,* n. 53: AAS 68 (1976) 5-76; GIOVANNI PAOLO II, Lett. Enc *Redemptoris missio,* n. 55; CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. *Dominus Iesus,* n. 8.

[24] Cf. CONC. DI TRENTO, Decr. *de libris sacris et de traditionibus recipiendis,* Denz n. 1501; CONC. VATICANO I, Cost. dogm, *Dei Filius,* cap, 2, Denz n. 3006; CONGR. PER LA DOTTRINA DELLA FEDE, Dich. *Dominus Iesus,* n. 8.

die 13 Octobris 1999. — Suae Beatitudini Nerses Bedros XIX Tarmouni, a Synodo Episcoporum Ecclesiae Ciliciae Armenorum ad Sedem Patriarchalem Ciliciae Armenorum die 7 Octobris 1999 canonice electo.

die S Decembris 2000. — Suae Beatitudini Gregorio III Laham, B.S., a Synodo Episcoporum Ecclesiae Antiochenae Graecorum Melkitarum ad Sedem Patriarchalem Antiochenam Graecorum Melkitarum die 29 Novembris 2000 canonice electo.

die 20 Februarii 2001. — Suae Beatitudini Ignatio Petro VIII Abdel-Ahad, a Synodo Episcoporum Ecclesiae Antiochenae Syrorum ad Sedem Patriarchalem Antiochenam Syrorum die 16 Februarii 2001 canonice electo.

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus PP. II per Apostolicas sub plumbo Litteras iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 4 Ianuarii 1999. — Titulari episcopali Ecclesiae Centurionensi R.D. Kiro Sto] ano v, hactenus curionem in Radovo, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Scopiensis.

die 19 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Vratislaviensi—Gedanensi ritus byzantini ucraini R. P. Vladimirum Romanum Juszczak, O.S.B.M.

die 24 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Sanctae Mariae a Patrocinio Bonaerensi Ucrainorum Exc.mum P.D. Michaelem Mykycej, F.D.P., hactenus Episcopum titularem Nazianzenum et Administratorem Apostolicum sede vacante « ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem eparchiae.

— Cathedrali Ecclesiae Belthangadiensi Syrorum Malabarensium R.D. Laurentium Mukkuzhy.

die 23 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Adilabadensi Syrorum Malabarensium R.P. Iosephum Kunnath, C.M.I., hactenus parochum missionis in Saligoan.

die 7 Iulii. — Archiepiscopali Ecclesiae Neanthopolitanae Exc.mum P.D. Berhaneyesus Demerew Souraphiel, C.M., hactenus Episcopum titu-

larem Bitensem et Administratorem Apostolicum « sede vacante » eiusdem Ecclesiae.

die 9 Novembris 1999. — Titulari episcopali Ecclesiae Mustitanae R.D. Iosephum Pasotto, C.S.S., Administratorem Apostolicum Caucasi Latinorum.

die 18 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Dominae Nostrae Paradisi S. Pauli Graecorum Melchitarum, cum dignitate archiepiscopali ad personam Exc.mum P.D. Fares Maakaroun, hactenus Archiepiscopum Ecclesiae Laodicenae Graecorum Melkitarum.

— Archiepiscopali Maiori Ecclesiae Ernakulamensi-Angamaliensi Syrorum Malabarensium Exc.mum P.D. Varkey Vithayathil, C.SS.R., hactenus Administratorem Apostolicum sede vacante « ad nutum Sanctae Sedis » eiusdem sedis et Archiepiscopum titularis Ecclesiae Antinoitanae.

— Cathedrali Ecclesiae Satnensi Syrorum Malabarensium R.P. Matthaeum Vaniakizhakel, C.V., hactenus Religionis ac Philosophiae Instituti « De Paul » nuncupati, in urbe Bangalorensi, rectorem.

die 27 Septembris 2000. — Cathedrali Ecclesiae Hispahanensi Armenorum R.D. Nechan Karakéhéyan.

— Titulari episcopali Ecclesiae Melitenensi Armenorum R.D. Ioannem Teyrouz quem deputavit Episcopum Curiae Patriarchalis Ciliciae Armenorum et Auxiliarem eparchiae patriarchalis Berytensis Armenorum.

die 20 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Castromartianae R.D. Petrum Kryk, hactenus Protosyncellum eparchiae Vratislaviensis-Gedanensis ritus byzantini ucraini, quem renuntiavit Exarchum Apostolicum pro christifidelibus ucrainis ritus byzantini in Germania versantibus.

— Cathedrali Ecclesiae Dominae Nostrae Libanensis in civitate Angelorum in California Maronitarum R.D. Robert J. Shaheen, hactenus paroeciae Sancti Raimundi in urbe Sancti Ludovici, Missouri, curionem.

— Cathedrali Ecclesiae Sanctorum Cyrilli et Methodii Torontini Slovachorum ritus byzantini R.P. Ioannem Pazak, C.SS.R., hactenus paroeciae Sancti Iosephi in urbe Vinnipegensi curionem.

— Archiepiscopali Ecclesiae Philadelphiensi Ucrainorum Exc.mum P.D. Stephanum Soroka, hactenus Episcopum titularem Acarassensem et Auxiliarem archiepiscopalis Ecclesiae Vinnipegensis Ucrainorum.

die 20 Novembris 2000. — Cathedrali Ecclesiae Saskatoonensi Ucrainorum Exc.mum P.D. Michaelem Wiwchar, C.SS.R., hactenus Episcopum Sancti Nicolai Chicagiensis Ucrainorum.

die 29 Novembris. — Archiepiscopali Ecclesiae Bagdathensi Latinorum R.P. Ioannem Beniamin Sleiman, O.C.D.

die 23 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Kanirapallensi R.D. Matthaeum Arackal, hactenus Societatis vulgo « Peermade Development » rectorem.

die 17 Februarii 2001. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Mardinensi Armenorum R.P. Vartan Kechichian, C.A.M., hactenus Abbatem Ordinis Mechitaristarum Venetiarum, eumque renuntiavit Coadiutorem Ordinarii pro christifidelibus ritus armeni catholici in Europa orientali versantibus.

die 24 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Idensi in Mauretania R.D. Iosephum Bausardo, S.D.B., hactenus Curatorem pro Aegypto Societatis S. Francisci Salesii, Vicarium Apostolicum Alexandriae Latinorum.

die 13 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Thomae Apostoli Chicagiensis Syrorum Malabarensium R.D. Iacobum Angadiath, e clero eparchiae Palaiensis, hactenus Catholicae Missionis Syrorum Malabarensium in urbe Bellwood (Illinois) parochum, eumque renuntiavit Visitatorem Apostolicum pro christifidelibus ritus syri malabarensis in Canada versantibus.

die 18 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Chaialensi Syrorum Malankarensium R.D. Isaacum Thottunkal, hactenus Protosyncellum eparchiae Batteriensis, eumque deputavit Auxiliarem Ecclesiae archiepiscopalis Trivandrensis Syrorum Malankarensium et Visitatorem Apostolicum pro christifidelibus ritus syri malankarensis in America septemtrionali et in Europa versantibus.

die 25 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Asmarensi R.P. Menghisteab Tesfamariam, M.C.C.I.

die 4 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Barentuanae R. Abba Thomam Osman ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, hactenus praecipuum praepositum ordinationi pastoralis actuositatis apud eandem eparchiam.

die 26 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Maronis Sydneyensis Maronitarum R.D. Ad Abi Karam, hactenus parochum ecclesiae Sancti

Iosephi in oppido Moutailebensi archieparehiae Anteliensis Maronitarum, et Praesidem Consilii Catholici ad Catechesim in Medio Oriente fovendam.

die 16 Novembris 2001. — Cathedrali Ecclesiae Adigratensi R.D. Abba Tesfay Medhim, presbyterum eparchiae Adigratensis, hactenus Secretarium Secretariatus catholici Adigratensis.

III

ASSENSUS PONTIFICIUS

Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus PP. II assensum ad normam canonum 182 §§ 3-4 et 185 CCEO sequentibus provisionibus episcopalibus rite peractis dedit, nempe:

In Synodo Episcoporum Ecclesiae Antiochenae Syrorum

die 8 Maii 1999. — Archieparchiali Ecclesiae Mausiliensi Syrorum R.D. Basilium Georgium Al-Kass Moussa.

— Archiepiscopali Ecclesiae Hemesenae Syrorum R.D. Theophilum Georgium Kassab.

die 21 Novembris 2001. — Archiepiscopali Ecclesiae Aleppensi Syrorum R.D. Antonium Chahda, hactenus Exarchum Apostolicum pro christifidelibus ritus syri catholici in eparchia Caracensi versantibus.

In Synodo Episcoporum Ecclesiae Antiochenae Graecorum Melkitarum

die 14 Ianuarii 2000. — Archieparchiali Ecclesiae Berytensi et Gibailensi Graecorum Melkitarum R.P. Iosephum Kallas, S.M.S.P.

— Archiepiscopali Ecclesiae Laodicenae Graecorum Melkitarum R.D. Nicolaum Sawaf, e clero eparchiae Aleppensis Graecorum Melkitarum.

die 22 Iunii 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Edessenae in Osrhoëne Graecorum Melkitarum R.P. Salim Ghazal, O.S.B., hactenus Superiorem generalem Ordinis Basiliani Sanctissimi Salvatoris Melkitarum, eumque deputavit Episcopum curiae patriarchalis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tarsensi Graecorum Melkitarum R.P. Iosephum Absi, M.S.P., hactenus Superiorem Generalem Societatis Missionariorum Sancti Pauli, eumque deputavit Episcopum curiae patriarchalis.

die 22 Iunii 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Tamiathitanae Graecorum Melkitarum R.D. Iulium Zerey, e clero patriarchali eumque deputavit Episcopum curiae patriarchalis et Auxiliarem ac Protosyncellum eparchiae Alexandrinae Graecorum Melkitarum.

In Synodo Episcoporum Ecclesiae Antiochenae Maronitarum

die 5 Iunii 1999. — Archiepiscopali Ecclesiae Damascenae Maronitarum R.D. Raymundum Eid, hactenus parochum in Jezzine et Vicarium episcopalem in regione Jezzine.

die 23 Iunii 2001. — Cathedrali Ecclesiae Laodicenae Maronitarum R.D. Massoud Massoud, hactenus Protosyncellum eiusdem eparchiae.

In Synodo Episcoporum Ecclesiae Babylonensi Chaldaeorum

die 12 Ianuarii 2001. — Archiepiscopali Ecclesiae Mausiliensi Chaldaeorum R.D. Faraj Rahho, e clero eparchiae Mausiliensis.

— Archiepiscopali Ecclesiae Arbilensi Chaldaeorum R.D. Iacobum Denha Scher, e clero eparchiae Cherchensis.

— Cathedrali Ecclesiae Berytensi Chaldaeorum R.D. Michaelem Kassarji, e clero eparchiae Berytensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Anbarensi Chaldaeorum R.D. Shlemon Warduni, e clero eparchiae patriarchalis Babylonensis Chaldaeorum, eumque deputavit Episcopum curiae patriarchalis et Auxiliarem eparchiae patriarchalis Babylonensis Chaldaeorum.

die 3 Decembris 2001. — Cathedrali Ecclesiae Amadiensi Chaldaeorum R.D. Rabban Al-Qas, e clero eparchiae Amadiensis Chaldaeorum.

— Cathedrali Ecclesiae Zachuensi Chaldaeorum R.D. Petrum Hanna Issa Al-Harboli, e clero eparchiae Zachuensis Chaldaeorum.

— Cathedrali Ecclesiae Alquoshensi Chaldaeorum R.D. Mikha Pola Maqdassi, e clero eparchiae Alquoshensis Chaldaeorum.

In Synodo Episcoporum Ecclesiae Ucrainae

die 25 Ianuarii 2001. ~ Ecclesiae archiepiscopali maiori Leopolitanae Ucrainorum Exc.mum P.D. Lubomyr Husar, M.S.U., Episcopum titularem Nisenum in Lycia.

Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus PP. II sedis mutationi a Synodo Episcoporum Ecclesiae Antiochenae Syrorum canonice peractae benedictionem dedit:

die 8 Maii 1999. — Archiepiscopali Ecclesiae Damascenae Syrorum Exc.mi P.D. Eliae Tabé, Episcopi coadiutoris, hactenus Episcopi titularis Ecclesiae Mardinensis Syrorum et Protosyncelli Patriarchalis Ecclesiae Berytensis Syrorum.

die 16 Septembris 2000. — Curiae patriarchali Antiochenae Syrorum Exc.mi P.D. Dionysii Antonii Beylouni, hactenus Archiepiscopi Aleppensis Syrorum.

Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus PP. II sedis mutationi a Synodo Episcoporum Ecclesiae Ucrainae canonice peractae benedictionem dedit:

die 21 Iulii 2000. — Cathedrali Ecclesiae Bucacensi Ucrainorum, nuper erectae, Exc.mi P.D. Irenaei Bilyk, O.S.B.M., hactenus Episcopi titularis Novensis in Moesia.

— Cathedrali Ecclesiae Striensi Ucrainorum, nuper erectae, Exc.mi P.D. Iuliani Gbur, S.V.D., hactenus Episcopi titularis Baretensis.

— Cathedrali Ecclesiae Socaliensis Ucrainorum, nuper erectae, Exc.mi P.D. Michaelis Koltun, C.SS.R., hactenus Episcopi Zborovensis Ucrainorum.

IV

NOMINATIONES

Latis decretis a Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus Ioannes Paulus PP. II renuntiavit:

die 30 Iulii 1999. — Vicarium Apostolicum Vicariatus Apostolici Berytensis Latinorum Exc.mum P.D. Paulum Dahdah, O.C.D., hactenus Archiepiscopum Ecclesiae Bagdathensis Latinorum, quem praefecit titulari episcopali Ecclesiae Arensi in Numidia, cum dignitate Archiepiscopi ad personam, et constituit Administratorem Apostolicum « sede vacante » Archiepiscopalis Ecclesiae Bagdathensis Latinorum.

die 18 Decembris 1999. — Visitatorem Apostolicum pro christifidelibus Ecclesiae Antiochenae Graecorum Melkitarum in Europa occidentali versantibus Exc.mum P.D. Ioannem Clementem Jeanbart, Archiepiscopum Ecclesiae Aleppensis Graecorum Melkitarum.

die 30 Ianuarii 2000. — Exarchum Ordinarium Abbatiae territorialis B. Mariae Cryptaeferratae R.P. Aemilianum Fabbricatore, O.S.B.I., Superiorem eiusdem Abbatiae.

die 6 Iunii. — Administratorem Apostolicum « sede plena » Ecclesiae patriarchalis Antiochenae Graecorum Melkitarum Exc.mum P.D. Ioannem Assaad Haddad, Archiepiscopum Ecclesiae Tyrensis Graecorum Melkitarum.

die 20 Novembris. — Exarchum Apostolicum pro christifidelibus ritus armeni in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis et Canada versantibus Exc.mum P.D. Emmanuelem Batakian, Episcopum titularem Caesariensem in Cappadocia Armenorum.

die 1 Decembris. — Administratorem Apostolicum sede vacante « ad nutum Sanctae Sedis » eparchiae Sancti Nicolai Chicagiensis Ucrainorum Exc.mum P.D. Michaelem Wiwchar, C.SS.R., Episcopum Saskatoonensem Ucrainorum.

die 16 Decembris. — Administratorem Apostolicum sede vacante « ad nutum Sanctae Sedis » Ecclesiae archiepiscopalis maioris Leopolitanae Ucrainorum Exc.mum P.D. Lubomyr Husar, M.S.U., Episcopum titularem Nisenum in Lycia.

die 11 Ianuarii 2001. — Exarchum Apostolicum pro christifidelibus ritus byzantini in Republica Macedoniaensi versantibus Exc.mum P.D. Ioachim Herbut, Episcopum Scopiensem.

die 28 Iunii. — Exarchum Apostolicum, in ordine episcopatus non constitutum, pro christifidelibus ritus syri catholici in Exarchia Caracensi versantibus R.D. Antonium Chahda, ex archieparchia Aleppensi Syrorum.

die 3 Octobris 2001. — Ordinarium pro fidelibus rituum orientalium in Brasilia commorantibus ac Hierarcha proprii ritus carentibus Exc.mum P.D. Eusebium Oscar Scheid, S.C.I., Archiepiscopum Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii.

Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus PP. II sequentibus nominationibus a Synodo Episcoporum Ecclesiae Maronitae canonice peractis benedictionem dedit:

die 10 Iunii 2000. — Syncellum Eparchiae patriarchalis in regione Iuniensi Maronitarum Exc.mum P.D. Antonium Nabil Andari, Episcopum titularis Ecclesiae Tarsensis Maronitarum et curiae patriarchalis.

— Episcopum curiae patriarchalis Exc.mum P.D. Samir Mazlouni, Episcopum titularis Ecclesiae Callinicensis Maronitarum et Visitatorem Apostolicum pro christifidelibus ritus maronitae in Europa occidentali et septemtrionali versantibus.

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

NUCERINA PAGANORUM-SARNENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Thomae Mariae Fusco sacerdotis dioecesani, fundatoris Congregationis Sororum Filiarum a Caritate Pretiosissimi Sanguinis (1831-1891)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret » *(Io* 3, 16).

Huius mysterii amoris atque misericordiae meditatione sacerdos Thomas Maria Fusco in Dei caritatem immersus est.

Caritas et sanguis duo sunt temporis momenta praecipua contemplationis, quae Servum Dei inde a tenerrima aetate illexit eiusque actionem sacerdotalem incendit usque ad conditum familiae religiosae, id est Filiarum a Caritate Pretiosissimi Sanguinis, quae in suo charismate hos duos coniungit aspectus eius meditationis: Caritatem Dei, quae donum fit: « Ille pro nobis animam suam posuit; et nos debemus pro fratribus animas ponere» *(1 Io* 3, 16).

Servus Dei Paganis ortus est (in provincia Salernitana sitis), intra fines dioecesis Nucerinae Paganorum-Sarnensis, die 1 mensis Decembris anno

1831. Post studia primaria atque formationem in Seminario dioecesano ordinatus est sacerdos die 22 mensis Decembris anno 1855.

Ab initio ministerii formationem curavit puerorum, pro quibus in domo sua Scholam Matutinam gratuitam aperuit; apud ecclesiam paroecialem Sancti Felicis et SS. Corporis Christi, Paganis, aediculam serotinam in pristinum statum restituit pro iuvenibus et adultis.

Anno 1857 admissus est in Congregationem Missionariorum Nucerinorum, fervidum incipiens iter missionale praesertim per Italiam australem.

Garibaldinorum motuum tempore exsul voluntarius ad oppidum Maiori (in territorio Salernitano situm) migravit; Paganos reversus, nominatus est cappellanus Sanctuarii Beatae Mariae Virginis Carmelitidis, quae Gallinarum appellabatur, ubi consociationes catholicas masculinas et femininas auxit atque altare Crucifixi erexit necnon Piam Unionem a Pretiosissimo Sanguine, quam secuta est pars specialis Filiarum a Pretiosissimo Sanguine (anno 1867).

Sacerdotibus ad ministerium confessionum informandis Scholam aperuit in domo sua Theologiae Moralis; beato Pio IX approbante, Societatem (sacerdotalem) Apostolatus Catholici a Pretiosissimo Sanguine instituit (anno 1862) pro missionum popularium praedicatione.

Aspectus victimarius et expiatorius spiritualitatis Servi Dei se in praedicatione ostendit inque scriptis alti momenti theologici, sed praesertim in vitae testimonio, re sine ulla exceptione probato per calamitates naturales, quae saepe urbem Paganos afflixerunt atque viciniam.

Post attentam per precationem praeparationem die 6 mensis Ianuarii anno 1873 Congregationem Sororum Filiarum a Caritate Pretiosissimi Sanguinis instituit. Ministerio sacerdotali se dedere perrexit per exercitationum spiritualium praedicationem necnon missionum popularium; et ex his apostolicis itineribus natae sunt multae domorum et orphanotrophiorum aedificationes, quae nota fuerunt vehementissimae caritatis Servi Dei extremo viginti annorum spatio vitae eius (1870-1891).

Curis Conditoris et Missionarii Apostolici, parochi curas adiunxit (annis 1874-1887) apud ecclesiam matricem Sancti Felicis et SS. Corporis Christi, confessarii extraordinarii monialium clausurae Paganis et Nuceriae Alfaternae atque, ultimis quattuor vitae annis, Patris spiritualis Congregationis laicalis in sanctuario Beatae Mariae Virginis Carmelitidis.

Morbo hepático confectus, Servus Dei pie obiit die 24 mensis Februarii anno 1891, cum sene Simeone precans: «Nunc dimittis servum tuum,

Domine, secundum verbum tuum in pace» *(Lc* 2, 29). Undesexaginta annorum aetatem habebat.

Paganorum populus agnovit in eo Sacerdotem exemplarem fidei invictae, ardentis caritatis, qui Sanguinis Redemptoris nomine impigre laboravit pro animarum salute quique pauperes amando vixit et inimicis ignoscendo mortuus est.

Etenim de eo loquebantur tamquam de sancto, quia magnam habebat fidem quam ceteris inicere sciebat verbo et exemplo, ardore apostolico motus, missionarii proprio. Fratribus sodalibus iterare solebat ardenti cum studio: « Sacerdos sine zelo mortuus est ». Ob fidem se sentiebat vocari ad res Dei omnibus nuntiandas, secundum Sancti Pauli verba, quae sua faciebat: «Vae mihi est si non evangelizavero » *(1 Cor* 9, 16), et merito quidem, quia propter Ecclesiae indolem missionalem, « cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit » (Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium,* 17).

Unctio eius pietatis eiusque mysterii Dei intellegentiae, manifesta per S. Missae celebrationem, sermo erat disertissimus qui populum ad pietatem trahebat. Amore vesanus videbatur.

Fides in Iesu vivam praesentiam in Eucharistia eum ad strenuam virtutem impellebat: « Paratus sum ad mille mortes patiendas ut hanc profitear veritatem [...] paratus ad eam testificandam usque ad sanguinis effusionem ».

Spes christiana ex eius actibus apparebat: solum et semper ad vitam aeternam spectabat, nec tantum pro se, verum pro omnibus animis. Temporibus maiorum difficultatum humaniter dolore conficiebatur, sed auxilii divini spem habebat, certus qui sustinent Dominum non confundentur (cf. *Ps* 25, 3).

Eius caritas erga Deum viva erat et ardens, atque eius verba et apostolatum inflammabat, qui fructuosus factus est Dei amore et proximorum, coniunctione cum Iesu Crucifixo ac Mariae Immaculatae ac Perdolentis fiducia, praesertim vero Eucharistia; namque « pastoralis caritas maxime profluit a sacrificio eucharistico [...] ita ut quod, in sacrificali ara agitur, sacerdotalis animus in se referre studeat » (Conc. Oecum. Vat. II, Decret, de Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, 14).

Ita, in amorem Dei amorem proximorum insevit, quos in eorum necessitatibus spiritualibus et materialibus adiuvit; iterare solebat: « Ad animam servandam, ad eam in gratia Dei ponendam per sacramentum paenitentiae, paratus sum ad sanguinem effundendum, ad vitam devovendam ».

Paganis fama erat nullum pauperum domum redire inanem. Cum is, tum soror Clarina, semper cum profusione dabant et amore.

Sacerdos fuit prudens; quocirca multi illum adibant consilia petituri, exempli gratia, ad vitae vocationem dirigendam. Iustus fuit in pauperes et inermes, praesertim in caras puellas parentibus orbatas, quarum iura ut tueretur fortiter ad conscientiam provocabat Administratorum municipalium.

Misericordiam explicavit in eos quosque, a quibus falso insimulabatur quique nitebantur existimationem populi ei adimere. Una ex eius sententiis haec erat: « Lenitas Dei cor et hominum conciliat ».

Temperans et demissus semper magnam moderationem servavit omni in actu atque corporis paenitentias sibi imposuit; ipse, quoad luctationem adversus corpus solitus erat dicere: « Haec est paenitentia cotidiana, quam nobis Iesus Christus imposuit: certe, crux est proprie, quam Salvator nos ferre vult, si volumus eius esse discipuli ». Ex Christi Crucifixi contemplatione Servo Dei provenit invicta illa vis, asceticum illud robur, quibus non solum vitam ornabat suam, sed etiam animas regebat in virtutum christianarum viis.

Patientia eum aptum fecit ad sustinendum tacite discrimen atrocis calumniae animo apostolico, extremis decem brevis vitae suae annis. Affirmare solebat: « Patientia est omnium virtutum praesidium et tutela ».

Ad Christum pauperem, castum et humilem se conformavit; cum veneratione et oboedientia, heroum propria, varia munera et officia accepit ad quae ab Episcopis suis est nominatus. Magna veneratione est Romanum Pontificem prosecutus atque spiritu beati Pii IX eventus communicavit, Pontificis Immaculatae, fortissimi et intrepidi conculcatorum iurium Ecclesiae propugnatoris, atque de eius morte vehementer doluit (anno 1878).

Magna cum observantia, humilitate et caritate fratres in sacerdotio tractavit, qui eum impense diligebant propter auxilium in servitio pastorali, eius incepta atque praecipue propter eius fervorem et gravitatem in muneribus sacerdotalibus.

Propter haec omnia Servus Dei fama sanctitatis claruit apud presbyterium dioecesanum, apud populum suasque filias spirituales, quae eius charisma receperunt illudque hodie testificantur variis in orbis terrarum partibus, ubi suum explent apostolatum in communione cum Ecclesia.

Perdurante fama sanctitatis, Excellentissimus Dominus Fortunatus Zoppas, Episcopus Nucerinus Paganorum-Sarnensis, Causae beatificationis et canonizationis initium fecit Servi Dei per celebratum, annis 1955-1957, Processum Ordinarium Informativum, qui a Congregatione de Causis Sanctorum probatus est decreto die 4 mensis Martii anno 1994 promulgato.

Die 28 mensis Martii anno 2000 habita est sessio Consultorum Historicorum. Deinde disceptatum est an Servus Dei virtutes coluisset sicut heroas addecet. Exitu cum prospero, die 24 mensis Octobris eodem anno actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris.

In Sessione Ordinaria diei 16 mensis Ianuarii anni 2001 Patres Cardinales et Episcopi, Causae Ponente Eminentissimo Cardinali Francisco Arinze, fassi sunt Servum Dei Thomam Mariam Fusco virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum observavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Cardinali Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Thomae Mariae Fusco, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Congregationis Sororum Filiarum a Caritate Pretiosissimi Sanguinis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ® S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PARISIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Rosaliae Rendu (in saec.: Ioannae Mariae) societatis Puellarum a Caritate sancti Vincentii De Paul (1786-1856)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Veritatem facientes in caritate » *(Eph* 4, 15). Veritatem testificantes per caritatem.

Duae hae sunt viae Ecclesiae propriae Deum diligendi et simul operandi ut diligatur: via mystica contemplationis et via mystica servitii. Mariae prior dilectionis forma propria fuit cum angelum nuntiantem excepit, altera cum Elisabeth invisit. In annuntiatione enim Christum excepit, in visitatione portavit. Prior forma a contemplativis in solitudine degentibus, altera a contemplativis in mundo operantibus colitur. Hae duae viae tamen inter se cohaerent et sibi invicem auxilium praestant. « Anima apostolatus » vita interior semper manet. « In pauperibus Christum agnoscere » est verae caritatis christianae mysticum fundamentum; opera autem caritatis optima sunt ratio fidem testificandi.

Vita sororis Rosaliae Rendu, utpote quae vera filia fuit sancti Vincentii de Paul, secundum hanc rationem processit.

Serva Dei, Antonii Rendu et Mariae Annae Laracine filia, orta est die 9 mensis Septembris anno 1786 in loco *Confort,* pago oppidi *Lancrans,* in regione Ain nominata. Eodem die quo nata, et baptizata fuit, nomine ei indito Ioanna Maria. Eius familia ad medium civium ordinem ruralem illius aetatis pertinebat, in quo hospitalitas et christianae virtutes florebant. Ioanna Maria inter quattuor filias primogenita erat. Vix trium annorum aetatem ingressa erat, cum castrum Parisiense, vulgo *La Bastille* nuncupatum, a populo concitato captum est, indeque civilis perturbatio Gallica initium coepit. Tunc Ecclesia suis bonis exspoliata fuit, in suis institutionibus vexata, in suis presbyteris et fidelibus martyrio affecta.

Domina Rendu operam dabat fidei in pago servandae, et domum suam, magisque vero cor, sacerdotibus, et etiam uni episcopo, ob suum ministerium persecutione vexatis, aperiebat. His in rerum adiunctis Ioanna Maria catechismum a parocho oppidi *Lancrans,* occulte domum visitante, didicit et Eucharistiam primum accepit in domus cella vinaria, in qua Missa celebrabatur.

Iam a pueritia, pauperum ardenti amore impellebatur. Anno 1799, patre et sorore duos tantum menses nata demortuis, domina Rendu illi eleemosynas multis illius pagi pauperibus distribuendas commisit.

Annis, qui "Terroris" appellati sunt, transactis, Ioanna Maria per biennium in collegium in urbe *Gex,* cui Religiosae Ursulinae praeerant, missa est. Religiosarum pietatem quidem admirabat et libenter earum orationes participabat; sed consuetudinem cum pauperibus sibi deesse sentiebat. Ad vicum igitur *Confort* reversa, a matre facultatem obtinuit sese per aliquod tempus expendendi in aegrotorum servitium apud valetudinarium in civitate *Gex* constitutum, in quo Filiae Caritatis pauperibus inserviebant. Hinc vocationem ad vitam Deo et pauperibus consecrandam distinctius et fortius in secreto cordis sui persensit et desideravit.

Lutetiae Parisiorum, in Domo Principe Puellarum seu Filiarum a Caritate Sancti Vincentii de Paul, vix sedecim annos nata, die 25 mensis Maii anno 1802, "Seminarium" seu Novitiatum iniit, novae vitae officia ardenti studio suscipiens. Sed enixa eius opera et continuata animi intentio valetudini detrimento fuerunt. Proinde de medici consulto ad aliam domum missa est, in paupérrima regione urbis Parisiensis, *Mouffetard* dicta, existentem, ibique Novitiatum confecit, nomine Rosalia assumpto, ibique per quinquaginta tres annos, usque ad mortem, permansit.

Puerorum institutioni addicta, magnam classem obtinuit, et parvulorum educationi attento animo se devovit, ratione semper habita eorum indolis et rationis vivendi. Magno cum fervore eos christianam doctrinam docebat et ad primam Communionem praeparabat. Vespere autem, diei labore peracto, vicos percurrebat, familias invisebat easque evangelizabat, ut christianae vitae sensum iterum reciperent.

Anno 1815, quamvis aetate adhuc iunior, antistita est electa. Domus, duos post annos, ad aliam sedem, in eodem tamen vico translata est, in via vulgo "de l'Epée-des-Bois" dicta. Eius miserorum turba, sicut ipsa testatur, ex operariis, mercenariis, mulieribus curam munditiei agentibus, sarcinatricibus, fossoribus, coriariis, scrutariis, fragmentorum collectoribus et institoribus constabat.

In hac famelicorum caterva, soror Rosalia omnibus «Mater bona» facta est, sine fidei religiosae vel politicarum opinionum vel status socialis discrimine. Quod a divitibus altera manu accipiebat, altera in auxilium pauperum effuse donabat, eorum praesertim qui publicae rei adiumento carebant. Ita facta est infirmorum ministra, iudex pacis, catechista pueris erraticis.

Inter adversarias partes arma gestantes, tempore socialium perturbationum annorum 1830 et 1848, sese interposuit, clamans: « Nemini licet occidere ».

Eius navitas mirabilis quidem fuit. Puerorum asylum, scholam primi ordinis, orphanotrophium, sodalicium pauperibus tutandis, consociationem Dominae Nostrae a Bono Consilio, hospitium condidit; pauperibus adiuvandis et in ipsorum domibus invisendis curam impendit; homines ab opere vacuos in opera mittere curavit; quibusdam iuvenibus in necessitate versantibus adiumento fuit ut Seminarium ingrederentur vel studia theologica perficerent. Pauperes familiariter cum ipsa vivebant, fiducia repleti. Animum suum ipsi aperiebant, quaerimonias, aerumnas, exspoliationes, secreta manifestabant. Cor eius refugium omnibus erat, eius conscientia lux, eius domus hospitium. Erga omnes libera, singulis veritatem, etiam durissimam, dicebat. Attamen semper in eius obiurgationibus indulgentia elucebat, in eius severitate benignitas.

Divitibus soror Rosalia laetitiam dabat opera bona faciendi. Ad colloquendum cum ipsa accedebant episcopi, sacerdotes, legatus Hispaniae Donosus Cortés, primores civitatis et culturae viri gravissimi, ipseque Imperator Napoleo III cum sua uxore, iuris medicinaeque studiosi, polytechnicarum disciplinarum alumni, praecipuarum superioris ordinis scholarum discipuli, omnes notitias ex sorore Rosalia percontantes, commendationes petituri, vel, opus bonum exsecuturi, ut scirent ad quodnam ostium pulsarent. Inter alios, qui viam ad sororis Rosaliae domum adducentem bene cognoscebant, adnumerandi sunt beatus Fridericus Ozanam, alter « Consociationum caritatis a Sancto Vincentio » institutor, atque Venerabilis Servus Dei Leo Le Prévost, futurus conditor Religiosorum a Sancto Vincentio. Hi omnes ad sororem Rosaliam accedebant consilia petituri antequam ad sua proposita exsequenda procederent. Hac ratione soror Rosalia centrum facta est illius actionis caritati fovendae dicatae, quae Lutetiam Parisiorum universamque Galliam ad medietatem saeculi XIX nota praeclara insigni vit.

Sororis Rosaliae experientia inaestimabilis illis iuvenibus evasit. Eorum apostolicam operositatem direxit, eorum peregrinationes in suburbiis civitatis sustinuit, ad habitationes bene seligendas familiarum quae maiore indigentia vexabantur conduxit.

Notabile epistolarum commercium patefacit fraternam eius cooperationem cum antistita Operis a Bono Salvatore nuncupati, in civitate Cadomensi, quae mente captos curandos suscepit: presbyteros, religiosos et laicos quos Parisiensia valetudinaria excipere non poterant.

Exemplo sorores excitavit ut sese caritati plenius impenderent tempore quo cholerae pestilentia annis 1832, 1859 et 1864 grassabatur. Saepe eas admonebat ut fierent « columellae super quas omnes qui fatigati erant possent sarcinas suas deponere ». Ex simplici pauperique cultu eius vitae praesentia Dei clare elucebat. Brevibus temporis spatiis quae ipsi inter visitationes variaque officia libera manebant, genibus flexa inveniebatur et sororibus petentibus respondebat: « Enitor et contendo in praesentia Dei iterum me componere ». Dei praesentiam in sua vita sitiebat.

Fides pergrandis eam sustinuit. Deum aspiciebat in superioribus, quibus plenam oboedientiam praestabat. «Communitas, aiebat, in similitudinem Dei construitur; in ea Caput exstat, quod si sequamur, pro certo habemus nos perituros non esse ». Deum etiam in sociabus conspiciebat, quas singulari amore diligebat. Semper benevola, eas fideli reverentia prosequebatur.

« Etiam pauperes, ut una ex eius sociabus refert, peculiarem eius orandi et agendi rationem notabant». Humilis in auctoritatis officio exercendo; comiter alios corripiebat, consolandi autem dono gaudebat. Consilia quae praebebat, iustitiae spiritu suffusa, et sincero cordis affectu proposita, animos directe penetrabant. Diligenter curabat ut sociabus tempus ad orandum suppeteret; aliquando tamen ab eis exigebat ut « Deum propter Deum relinquerent», uti sanctus Vincentius suas filias docuerat, ad sororem in visitandis pauperibus comitandam. Tunc aiebat: « Soror, incipiamus orationem nostram », paucis verbis argumentum clare suggerebat et in profundam meditationem se colligebat.

Perattenta erat in accipiendis pauperibus. Spiritus fidei eam ducebat ad conspiciendum in eis « dominos et dominatores ». « Pauperes, aiebat, vobis maledicent. Quo ipsi rudiores sunt, vos verecundiores esse debetis. Mementote sub illis scrutis Dominum obtegi ».

Moderatores religiosi postulantes et iuvenes sorores formandas ipsi committebant, immo non raro in eius domo etiam sorores animo difficiliores per aliquod tempus collocabant. Auctus sororum numerus id effecit ut beneficentiae servitia in domum caritatis converterentur, ambulatorio valetudinario et schola praeditam. Sicut ceteri contemptu et conviciis dolent, ita illa ex laudibus et honoribus dolore conficiebatur.

Die 27 mensis Februarii anno 1852 ab Imperatore Napoleone III insigni honoris, quod "légion d'honneur" appellant, est decorata. Huic signo honoris aequo animo acquiescere numquam potuit. « Tantillum amoris proprii sufficit ut bonorum operum meritum amittamus », affirmabat. Tantae enim

humilitatis erat ut cuiusvis virtutis se incapacem aestimaret, seque ultimam et omnium indignissimam duceret. Sed aequabilitas et tranquillitas vitae plenam eius alienationem a rebus terrenis eiusque austeram sui castigationem obtegebant.

Inde a mense Februario anni 1854 sororis Rosaliae valetudo infirmari incepit. Caeca effecta, gradatim ad vitae exitum appropinquabat. Bis ipsi hypochysis secta est, sed visum non recuperavit.

Corporis viribus decrescentibus, anima eius magis in dies a terrenis se abstrahebat. A die 4 mensis Februarii anno 1856 pleuritide lectulo affixa permansit.

Quod aegre tulit, cum pauperibus suis amplius servire non posset, neque sororum suarum fatigationem levare. Numquam tamen in suis malis lamentabatur; immo sereno animo dicebat se melius haberi quam pauperes.

Die 7 mensis Februarii, die Iovis, anno 1856, hora undecima ante meridiem, soror Rosalia placide in domo sua animam Deo reddidit.

Eius exsequiarum testis scripsit: « Via et vicinia domus Sororum ingenti conf erta erant turba plorantium ». Universa regio, quae *Mouffetard* appellatur, ad domum Sororum concurrit ut ei valediceret. Qui pompis funeris et sacris celebrationibus interfuerunt ad quadraginta aut quinquaginta millia personarum computari possunt.

Corpus depositum est in coemeterio vici *Montparnasse,* in sepulcro Filiarum Caritatis. At aliquot post menses, ut frequentioribus peregrinis faveretur, qui ad sepulcrum sororis Rosaliae precaturi accedebant, eius corpus a sepulcro erutum est et loco aptiore collocatum ad aditum coemeterii.

Super tumulo lamina marmorea posita est cruce signata et in ea pauca haec verba legebantur: « Bonae sorori Rosaliae eius amici, divites et pauperes, grati animi causa ».

Sororis Rosaliae mors magnam celebritatem habuit. Lutetia Parisiorum commota est, commentarii diurni iis diebus scripta ediderunt de eius vita, de eius operibus eiusque funeribus, communem dolorem et plausum manifestantes. Eius imago marmorea posita est in exedra Consilii municipalis regionis XII civitatis.

Processus Ordinarius beatificationis et canonizationis Lutetiae Parisiorum actus est nonnisi anno 1953, ob rationes ad Causam non pertinentes atque, eodem anno exeunte, est Romam delatus. Auctoritas eius et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 20 mensis Ianuarii anno 1992 promulgato. Confecta *Positione,* ex more disceptatum est an

Serva Dei heroum in modum virtutes exercuisset. Die 30 mensis Maii anno 2000, felici cum exitu, actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 20 mensis Februarii anno 2001 habita, audita relatione Excellentissimi Domini Ottorini Petri Alberti, Archiepiscopi Calaritani et Causae Ponentis, agnoverunt Servam Dei Rosaliam Rendu sicut heroas addecet virtutes théologales, cardinales et iis adnexas coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Rosaliae Rendu (in saec.: Ioannae Mariae), Societatis Puellarum a Caritate Sancti Vincentii de Paul, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PREMISLIENSIS RITUS BYZANTINI UCRAINI

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Iosaphatae (in saec.: Michaëlinae Hordashevska) confundatricis Congregationis Sororum Ancillarum a Maria Immaculata (1869-1919)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Iosaphata (in saeculo: Michaelina Hordashevska) Leopoli in Ucraina nata est, die 20 mensis Novembris anno 1869 baptismumque accepit secundum ritum Byzantinum-Ucrainum. P. Ieremiae Lomnitsky auxiliata est in instituendis Sororibus Ancillis a Maria Immaculata, quae est prima Congregatio feminina Ucraina operibus pastoralibus dedita. Meritis ornata obdormivit in Domino die 25 mensis Martii anno 1919.

Coram Summo Pontifice Ioanne Paulo II, die 6 mensis Aprilis anno 1998, decretum promulgatum est super eius virtutibus heroum in modum exercitis.

Beatificationis respectu, Congregatio de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem inspexit pueri decem et septem annorum Petri Benyckyj Frankovich, qui aeger fuit a pueritia angina, gravedinibus, tonsillarum inflammationibus, quae ei myocardites attulerunt et rheumatismum articularium. Tonsillarum sectioni subiectus anno 1983, laborare perrexit articulariis doloribus crurum atque spinge. Die 15 mensis Augusti anno 1986 est in valetudinarium deductus loci *Sambir*, febri altissima affectus et acerbis doloribus. Quamvis curaretur, eius condiciones in peius versae sunt; quapropter decem post diebus translatus est ad valetudinarium Leopolitanum. Medicorum consultatio die 5 mensis Septembris anno 1986 diagnosim enuntiavit de « lupo erythematoso systemico »; quae diagnosis confirmata est a medicis nosocomii Studiorum Universitatis eiusdem urbis, quo aegrotus est deinde receptus et in quo ingravescere perrexit, donec die 13 mensis Septembris delatus est in sedem redanimationis experiendae cum prognosi infausta quoad vitam. Eodem die, animadversa condicionis gravitate, religiosus quidam Ordinis Sancti Basilii Magni, una cum aliis personis, incepit aegroti sanationem a Deo postulare per intercessionem Servae Dei Iosaphatae; qui aeger die 15 mensis Septembris ex improviso convalescere coepit usque ad completam sanationem.

Inquisitio dioecesana instructa est apud Curiam Premisliensem ritus Byzantini-Ucraini et est a Congregatione de Causis Sanctorum probata decreto die 1 mensis Iulii anno 1994 promulgato.

Dicasterii Collegium Medicorum in sessione die 15 mensis Februarii anno 2001 habita agnovit sanationem celerrimam fuisse, plenam, duraturam et ex scientia inexplicabilem. Die 27 mensis Martii eodem anno Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus, atque die 23 subsecuti mensis Aprilis Sessio Ordinaria facta est Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Aloisio Barbarito, Archiepiscopo titulari Florentinensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miracolo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Iosaphatae (in saec.: Michaëlinae Hordashevska), Confundatricis Congregationis Sororum Ancillarum a Maria Immaculata, videlicet de celérrima, plena ac duratura sanatione Petri Benyckyj Frankovich a «grave vascolite polisistemica a tipo LES di natura immunologica non organo specifica ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. *m* s.

SB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

ROMANA seu LIMANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Aloisii Tezza, sacerdotis professi ex Ordine Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, fundatoris Congregationis Filiarum S. Camilli (1841-1923)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Omnia in Deo, pro Deo, cum Deo. Parati ob caritatem ad quodlibet acerbissimum sacrificium obeundum, praesertim pro pauperibus infirmis; haec alacritas cuiusvis temporis momenti sit et rerum vitae singularum » (Aloisius Tezza, *Scripta,* 106, 27).

Verba haec Servi Dei Aloisii Tezza totius vitae atque industriae eius esse possunt compendium. Ardenti Dei et proximorum dilectione motus, ad signa temporum apertus et praecipuo sancti Camilli consilio fidelis, novae scholae caritatis initiatur, a Deo electus est non solum ut coleret, verum etiam ut charisma traderet misericordiae erga aegrotos. Instituit enim Congregationem Filiarum Sancti Camilli paternaque cura ac supernaturali vitam suam devovit, ut gloriae Dei esset et aegrotis servitio.

Servus Dei Coneliani (in provincia Tarvisina siti), die 1 mensis Novembris anno 1841, ortus est a medico Augusto Tezza et a Catharina Nedwiedt atque die 6 mensis Novembris baptizatus eodem anno nominibus captis Arturo Aloisio Caroto Alexandro. Novem annos natus orbatus patre, Patavium cum matre commigra vit, ubi studia est persecutus. Anno 1856 ingressus est in Ordinem Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis; mater vero professionem fecit religiosam in monasterio Visitationis Patavino, in quo anno 1880 mortua est, sancta habita.

Anno 1858 vota religiosa suscepit atque est sacerdos ordinatus anno 1864. Semper pietate eminuit, oboedientiae spiritu necnon diligentia in officiis explendis, adeo ut « eminentissimus » sit putatus eique iuvenes candidati concrediti regendi sint.

Lex societatum religiosarum abolendarum anno 1866 promulgata effecit ut optato obsequi posset missionali quod iamdiu colebat, sed oboedientiae virtute utque fidelis maneret vocationi Camillianae, ei renuntiavit. Vicarius magistri novitiorum anno 1869 Romae erat et anno 1871 missus est in oppidum *Cuisery,* in Gallia positum, Magister novitiorum, in nascentem Provinciam Camillianam, ut in illam introduceret perfectam vitam com-

munem ac ministerium Camillianum proprium, quod vigebat in Provincia Langobarda-Veneta. Ibi Superior nominatus, indefatigate operam dedit inchoandis primis operibus adiutabilibus Ordinis et anno 1877 factus est primus Provincialis. Ei subeundae consecutiones abolitionis Institutorum religiosorum anno 1880 fuerunt, quocirca e Gallia est expulsus tamquam advena; attamen post tres menses illuc re versus est suo periculo, ut consuetudinem cum fratribus sodalibus dispersis instauraret. Iuvenis Provincia hoc modo non tantum coercitioni obstitit, sed etiam fundamenta iecit ulterioris incrementi.

Anno 1889 fuit ei, Consultori, Procuratori ac Vicario Generali electo, Romam redeundum. Ibi die 17 mensis Decembris anno 1891 occurrit beatae Iosephinae Vannini, quacum propositum efficere potuit, Opus de quo diu cogitaverat condendi Filias Sancti Camilli, a Sancta Sede approbatum uti Congregatio anno 1931, eo consilio, ut aegrotis assideret, ita charisma Camillianum ornans femininis dotibus suavitatis, accessionis, animi multitudine, facultate audiendi et perspiciendi, sicut in lucem profert Ioannes Paulus II in Litteris Apostolicis *Mulieris dignitatem* (cf. n. 30).

Mox Servo Dei calumniae instituerunt, quas accipere maluit in dolore separationis a filiabus suis spiritalibus, in acri crucis itinere, apostolicae fecunditatis fonte, certus « amorem esse a Cruce indivisum », sicut dicere solebat.

Post brevem in Gallia permansionem, anno 1900 in Peruviani est missus tamquam Visitator ut communitatem Camillianam Limanam renovaret. Mansio illa brevis esse debebat, sed eius praesentia necessaria habita est ab Archiepiscopo atque a Delegato Apostolico Petro Gasparri. Servus Dei oboedivit seseque Providentiae commisit atque per viginti tres annos Limae thesauros caritatis profudit necnon amoris Dei. In impenso apostolatu curas contulit in multiplicia ministerii genera: praeter reformationem internam, infirmos curavit, in primis pauperiores atque egeniores in domibus privatis, in valetudinariis caritatis et in carceribus. Confessarius fuit atque moderator spiritalis in Seminario archidioecesis et in pluribus Congregationibus religiosis; exquisitus et doctus consiliator in dioecesi inque Nuntiatura Apostolica; Servam Dei Teresiam a Cruce Candamo Alvarez Calderón adiuvit in condenda Congregatione Canonicarum Crucis.

Ob prudentem, sed continuam et intellegentem navitatem, amoris plenam et misericordiae, cui fortitudo, benignitas et patientia iungebantur, habitus est « apostolus et sanctus Limanus ».

Per longam vitam Dei Servus omnibus suis muneribus est functus cum zelo spirituque servitii, solam quaerens Dei gloriam atque animarum bonum. Ordini suo profuit, Filiis Sancti Camilli iisque, quotquot illum adibant, potissimum exemplo vitae. Vir fortis vivaeque fidei fuit, quam multa pietate alebat quaeque peculiari ratione apparuit in obsequio erga voluntatem Dei: « Voluntas Dei: ecce mea unica rectrix, unicum optatorum meorum propositum cui omnia devovere volo ». Oratio cardo fuit vitae eius, suumque inveniebat fontem in Eucharistia, quam singulari cum fervore atque pietate celebrabat. Sanctissimam Virginem Mariam filiali amore prosecutus est, s. Ioseph, s. Camillum. Utpote cum esset vir magni sacrificii, nonnisi coram adhibuit de amore et obsequio debitis Deo, animis Ecclesiaeque reddendis.

A rebus terrenis alienus voluntati Dei se credidit, aeterna exspectans bona; unde perseverantia manavit sine animi demissione in suo difficili apostolatu. Temporibus arduis eventus considerabat coram Deo dicebatque: « Quotiens amanter eius voluntatem accepi, tranquillissimam pacem animadverti. Crucis fructus semper copiosi sunt itemque solacii pienissimi ».

Extremum discessum ad effectum adduxit die quo, Limae, cum alio pro eo substituto in muneribus quibus ornabatur, tamquam fratrum sodalium ultimus in communitate mansit.

Eius spiritalitas defixa fuit in contemplatione atque in haustu amoris divini, adeo ut per totam vitam semper congruens fuerit et fidelis suae vocationi, quandoquidem hoc ductus erat proposito, ut amaret, vitam devovens sicut Christus, unicus eius Magister. « Quam pulchra est et Deo grata caritas, quae patitur seque immolat! ». Ceteros ad amorem Dei adducere maxime appetebat. In administratione communitatum sibi concreditarum cum amore corrigebat atque lenitate, iniurias tolerans et excusans, tacite patiens: « Ignoscamus, precemur nec dubitemus fore ut cara crux floreat ». Religiosus Camillianus, spiritu sancti Camilli imbutus, numquam destitit aegrotos et moribundos visitare quavis hora diei noctisque.

Deum est expertus in necessitudine cum dolentibus, adeo ut ei liceret affirmare sibi valetudinarium « verum esse paradisum in terra; hortum subsidiarium ». Aegrotus erat eius attentionis summa, sicut Christus eius spiritalitatis.

Eius sedes confessionalis cathedra fuit misericordiae et religionis. Ubique est magni existimatus ob eximiam prudentiam obque vias ad suam aliorumque sanctificationem selectas. Sapientia splenduit in eius vita sacerdo-

tali, in moderandis animis, quas paterne duxit, hoc uno negotio intentus, ut eas adduceret ad omnia accipienda propter Dei amorem adque eius faciendam voluntatem. Plane sui compos fuit, motus suos coercendo castigatione et vigilantia sensuum. Definitus est vir mansuetus et aequus quovis in casu, grato et adverso. Constanter fortitudinem explicavit votorum religiosorum diligenti observantia. Per vitam suam in gaudio et in simplicitate ambulavit, plene gratiae respondens virtutes omnes exercendo usque ad heroum fortitudinem, in vita ordinaria perfectionem efficiens mirabilem.

Anno 1923 eius valetudinis condiciones, iam in discrimen arteriarum rigore vocatae, aggravatae sunt, atque solita animi fortitudine se ad mortem praeparavit aequo animo, diuturnas agens horas in oratione, atque patientia et affabilitate excitans quotquot illi aderant. Die 26 mensis Septembris anno 1923, receptis sacramentis et Crucifixum osculatus, placide in Domino obdormivit.

Sanctitatis fama, in vita et in morte iam declarata, annis subsequentibus continuo crevit. Sed, pluribus impedimentis superatis, Processus Ordinarius Informativus solummodo anno 1959 apertus est, qui apud Vicariatum Romanum celebratus est, additis Processibus Rogatorialibus Limano, Bonaerensi, Pictaviensi, Hispalensi, conclusus est anno 1964. Sunt deinde excussae circumstantiae peculiares vitae Servi Dei. Anno 1999 instructa est Inquisitio dioecesana de continuatione famae sanctitatis. Die 8 mensis Octobris anno 1999 promulgatum est decretum super auctoritate et vi horum Processuum. Confecta *Positione,* disceptatum est ex norma an Servus Dei heroum in modum virtutes exercuisset. Die 23 mensis Ianuarii anno 2001 actus est, prospero cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales porro et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 12 secuti mensis Martii habita, audita relatione Excellentissimi Domini Petri Georgii Silvani Nesti, C. P., Archiepiscopi emeriti Camerinensis-Sancti Severini in Piceno et Causae Ponentis, professi sunt Servum Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum more coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pa-

ter sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Aloisii Tezza, Sacerdotis Professi ex Ordine Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, Fundatoris Congregationis Filiarum S. Camilli, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. *m* S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

SANCTI IOSEPHI IN COSTARICA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Romero Meneses, religiosae professae Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis (1902-1977)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Romero Meneses die 13 mensis Ianuarii orta est anno 1902 Granadae in Nicaragua. Bona humana et spiritali formatione imbuta, duodeviginti annorum aetatem habens ingressa est in Institutum Filiarum Mariae Auxiliatricis. Post professionem perpetuam missa est Sanctum Iosephum in Costarica, ubi per quadraginta annos institutioni se dedidit, catechesi inter iuvenes et adultos et pro familiis pauperibus assiduitate Multa socialia opera ad effectum adduxit, qualia plurium medicationum medicabula, scholas, domos pro sine tectis et sedibus passim vagis. Fama sanctitatis clara, obiit die 7 mensis Iulii anno 1977.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 18 mensis Decembris anno 2000, edixit Servam Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales et his adnexas coluisse.

Causae Postulatio, eius beatificationis respectu, nuper Congregationi de Causis Sanctorum coniectam miram sanationem permisit, in dioecesi Sancti Iosephi in Costarica patratam, quae ad puellulam pertinet Mariam Solis Quirós. Quod ad hanc spectat; diagnosis dicta est, cum etiam esset in statu

fetali, de labro leporino lateris sinistri et palatoschisi. Quandoquidem ante ortum nulla fieri poterat sectio chirurgica, puellulae parentes aliaeque personae divinum auxilium invocare inceperunt per precationem Servae Dei Mariae Romero Meneses.

Die 28 mensis Novembris anno 1994, praeter medicorum exspectationem, pusa nata est perfecte sana, sine ulla deformitate.

De casu, miro habito et intercessioni tributo Servae Dei supra commemoratae, instructa est, annis 1997-1998, Inquisitio dioecesana, cuius auctoritas et vis probata est a Congregatione de Causis Sanctorum die 9 mensis Octobris anno 1998.

Dicasterii Collegium Medicorum, in sessione die 30 mensis Martii habita anno 2000, affirmavit: « Haec pathologia deformans perstans erat octavo praegnationis mense exeunte; pusa orta, omnino defecerat sine ullo cicatricis exitu. Eventus est ex scientia prorsus inexplicabilis ». Die 30 mensis Ianuarii anno 2001 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris ac die 3 mensis Aprilis subsecuti Sessio Ordinaria est habita Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Laurentio Chiarinelli, Episcopo Viterbiensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Pacta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Mariae Romero Meneses, Religiosae Professae Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, videlicet de perfecta sanatione, in statu fetali, Mariae Solis Quirns, a « labiopalatoschisi, diagnosticata dal 7° mese di gravidanza ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. & S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 22 Decembris 2001. — Titulari episcopali Ecclesiae Mozotcoritanae, R.D. Gilbertum Gómez González, e clero dioecesis Tudensis-Vicensis, rectorem Seminarii dioecesis Abancaiensis, quem constituit Auxiliarem huius dioecesis.

die 4 Ianuarii 2002. — Cathedrali Ecclesiae Metuchensi Exc.mum P.D. Paulum Gregorium Bootkoski, hactenus Episcopum titularem Zarnensem et Auxiliarem archidioecesis Novarcensis.

die 5 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Kamloopsensi R.D. Davidem Ioannem Iacobum Monroe, hactenus Vicarium generalem Vancuveriensem.

— Cathedrali Ecclesiae Vilkaviskensi Exc.mum P.D. Rimantas Norvila, hactenus Episcopum titularem Castrensem in Tuscia et Auxiliarem Kaunensem.

— Cathedrali Ecclesiae Panevézensi Exc.mum P.D. Ioannem Kauneckas, hactenus Episcopum titularem Forconiensem et Auxiliarem Telsensem.

— Cathedrali Ecclesiae Telsensi Exc.mum P.D. Ioannem Boruta, hactenus Episcopum titularem Vulturariensem et Auxiliarem Vilnensem.

— Patriarchali Ecclesiae Venetiarum, Exc.mum P.D. Angelum Scola, hactenus rectorem magnificum Pontificiae Universitatis Lateranensis.

die 7 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Ovetensi Exc.mum P.D. Carolum Osoro Sierra, hactenus Episcopum Auriensem.

die 9 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Neuquenianae Exc.mum P.D. Marcellum Angelum Melani, S.D.B., hactenus Episcopum Viedmensem.

die 11 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Valle-Valliensi R.D Iacobum Fitzgerald, e clero dioecesis Ioliettensis in Illinois ibique curionem

paroeciae Sanctae Mariae in oppido vulgo Mokena, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 15 Ianuarii 2002. — Metropolitanae Ecclesiae Glasguensi Exc.mum P.D. Marium Iosephum Conti, hactenus Episcopum Aberdonensem.

die 16 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Fori S. Annae, noviter erectae, Exc.mum P. D. Itamarum Vian, O.F.M. Cap., hactenus Episcopum Fori S. Annae.

— Metropolitanae Ecclesiae Victoriensi de Conquista, noviter erectae, Exc.mum P.D. Geraldum Lilium Rocha, hactenus Episcopum Colatinensem.

— Cathedrali Ecclesiae Petrosi Culminis R.D. Alexium Saccardo, S.I., hactenus rectorem collegii Säo Francisco de Sales, in archidioecesi Teresiana.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Pnolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, 3 Gennaio 2002, S.E. il Signor **LESZEK NILLER**, Primo Ministro della Repubblica di Polonia.

Giovedì, 10 Gennaio 2002, L'Ecc.mo Corpo Diplomatico accreditato presso la Santa Sede.

Lunedì, 14 Gennaio 2002, Il Presidente e la Giunta regionale del Lazio; il Presidente e la Giunta provinciale di Roma; il Sindaco e la Giunta municipale di Roma.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

4 dicembre 2001. Mons. Giuseppe Pinto, Arcivescovo tit. eletto di Anglona *Nunzio Apostolico in Senegal e Delegato Apostolico in Mauritania.*

7 » » Mons. Claudio Gugerotti Arcivescovo tit. eletto di Ra vello, *Nunzio Apostolico in Georgia e Armenia.*

11 » » S.E. mons. Edmond Farhat, Arcivescovo tit. di Biblo, *Nunzio Apostolico in Turchia e in Turkmenistan.*

» » » S.E. mons. Marian Oles, Arcivescovo tit. di Raziaría, *Nunzio Apostolico in Slovenia e nella Repubblica di Macedonia.*

13 » » Mons. Adolfo Tito Yllana, Arcivescovo tit. eletto di Montecorvino, *Nunzio-Apostolico in Papua Nuova Guinea.*

» » » S.E. mons. Claudio Gugerotti, Arcivescovo tit. di Ravello, Nunzio Apostolico in Georgia e Armenia, *Nunzio Apostolico in Azerbaigian.*

15 » » Mons. Giovanni d'Aniello, Arcivescovo tit. eletto di Paestum, *Rappresentante Pontificio nella Repubblica Democratica del Congo.*

12 gennaio 2002. S.E. mons. Giovanni d'Aniello, Arcivescovo tit. di Paestum, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Democratica del Congo.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

4 dicembre 2001. S.B. Michel Sabbah, Patriarca di Gerusalemme dei Latini; la sig.ra Janne Haaland Matlary; la sig.ra Marie-Claire Beccalossi; la sig.ra Mariana Setiadarma; il sig. Carlos Custer; il sig. Manuel Gómez Granados, *Membri del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « in aliud quinquennium ».*

10 » » Mons. Marcello Bordoni; mons. Vincenzo Carbone; p. Giuseppe Orlandi, C.SS.R,.; p. Emanuele Boaga, 0. Carni.; p. Innocenzo Cavaglià, C.P.; p. Fabiano Giorgini, C.P.; p. Damian Synowiec, O.F.M. Conv.; il prof. Francesco Leone, *Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

» » » Mons. Guillermo Duran ed il dott. Agostino Borromeo, *Membri del Pontificio Comitato di Scienze Storiche « ad quinquennium ».*

» » » P. Antonio García y García, O.F.M., *Membro del Pontificio Comitato di Scienze Storiche « in aliud quinquennium ».*

15 » » S.E. mons. Francisco-Javier Lozano, Arcivescovo tit. di Penafiel, *Membro del Consiglio di Amministrazione del Centro Televisivo Vaticano.*

17 » » S.E. mons. Piergiorgio Silvano Nesti, Arcivescovo em. di Camerino-San Severino Marche, *Segretario della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica « usque ad 75m annum ae.s. ».*

» » » P. Klemens Stock, S.I., *Segretario della Pontificia Commissione Biblica.*

18 » » Mons. Rosario Colantonio, *Vicario giudiziale del Tribunale regionale del Lazio per le cause di nullità di matrimonio « ad quinquennium ».*

» » » Mons. Slawomir Oder, *Vicario giudiziale del Tribunale d Appello eretto presso il Vicariato di Roma « ad quinquennium ».*

20 » » Le LL.EE. i mons. Dominik Hrusovsky, Arcivescovo tit. di Tubia; Patabendige Don Albert Malcom Ranjith, Arcivescovo-Vescovo em. di Ratnapura; Stephen Fumio Hamao, Arci vescovo-Vescovo em. di Yokohama; Javier Lozano Barragán, Arcivescovo-Vescovo em. di Zacatecas; Marc Ouellet, Vescovo tit. di Agropoli, *Membri del Pontificio Comitato per i Congressi Eucaristici Internzionali « ad quinquennium ».*

2 gennaio 2002. L'Em.mo Signor Cardinale Jozef Tomko, *Membro della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano e Membro della Commissione Cardinalizia di vigilanza dell'Istituto per le Opere di Religione.*

7 » » Mons. Angelo Vincenzo Zani, *Sotto-Segretario della Congregazione per l'Educazione-Cattolica.*

11 » » Don Genesio Tarasco, S.D.B., *Capo Ufficio nella Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

16 » » L'Em.mo Signor Cardinale Nicolas de Jesús López Rodríguez; S.E. mons. Javier Lozano Barragan, Arcivescovo-Vescovo em. di Zacatecas, *Consiglieri della Pontificia Commissione per l'America Latina « in aliud quinquennium ».*

18 » » S.E. mons. Salvatore Fisichella, Vescovo tit. di Voghenza, *Rettore Magnifico della Pontificia Università Lateranense, a norma dell'Art. 11, n. 1 degli Statuti della medesima Università, e Preside del Pontificio Istituto « Giovanni Paolo II » per Studi su Matrimonio e Famiglia, per il prossimo quadriennio.*

Si rende noto che Mons. Angelo Amati, Mons. Domenico Lugli e P. Bruno Caglioti, O.P., sono stati nominati rispettivamente Vicario giudiziale aggiunto «ad quinquennium » del Tribunale d'Appello eretto presso il Vicariato di Roma; Vicario Giudiziale aggiunto « in aliud quinquennium » del Tribunale regionale del Lazio per le cause di nullità di matrimonio; Giudice Istruttore del medesimo Tribunale del Lazio di prima istanza « ad quinquennium ».

NECROLOGIO

2 dicembre 2001. Mons. Lawrence J. Riley, Vescovo tit. di Daimlaig.

7 gennaio 2002. Mons. Ernesto Gonçalves Costa, Vescovo em. di Faro *(Portogallo).*

11 » » Mons. Michele Alagna Fodera, Vescovo em. di Säo Gabriel da Cachoeira *(Brasile).*

15 » » Mons. Telesforo G. Cioli, Vescovo em. di Arezzo, di Sansepolcro e di Cortona *(Italia).*

21 » » Mons. Juan B. Herrada Armijo, Vescovo tit. di Equizeto.

23 » » Mons. Aloysius JG. Dibjokarjono, Vescovo em. di Surabaya *(Indonesia).*

24 » » Mons. Gabino Perai de la Torre, Vescovo tit. Castello di Ripa.

» » » Mons. Manuel Lisboa de Oliveira, Vescovo em. di Nazaré *(Brasile).*

26 » » Mons. Eduardo A. Muaca, Arcivescovo em. di Luanda *(Angola).*

28 » Mons. Hovhannes Tertsakian, Arcivescovo tit. di Trebisonda.

» » » Mons. Frans Simons, Vescovo em. di Indore *(India).*

29 » » Mons. John R. McGann, Vescovo em. di Rockville Centre *(Stati Uniti d'America).*

An. et vol. XCIV 6 Martii 2002 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus beato Bernardo a Corleone Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Humiliavit se in omnibus et coram Deo invenit gratiam. Quoniam magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur» (cfr *Eccli* 3, 20-21).

Hoc effatum Siracidis, ad Dominum Iesum relatum, addici potest etiam beato Bernardo a Corleone prae oculis habita ratione qua ipse sanctitatem adeptus est.

Philippus Latino (hoc erat nomen eius in saeculo) in Sicilia natus est in oppido vulgo dicto Corleone die vi mensis Februarii, anno MDCV. Crevit in familia decem filiis ditata, valde religiosa et magnopere de pauperibus sollicita. Forti animo Philippus vitae civili et religiosae plane sese dica vit. In luctatione peritus arte gladii tractandi — res tunc erat maxime in usu — postquam quendam adversarium graviter vulneravit eumque invalidum reddidit totam per vitam, suam rationem vivendi mutavit, inimici amicus factus est ac beneficiorum auctor. Hoc eventu valde permotus, diuturnam post deliberationem, decrevit vitam suam emendare petivitque ut inter Fratres Minores Capuccinos admitteretur. Receptus in Ordinem veluti frater laicus anno MDCXXXI, cum tunica Franciscali novum quoque suscepit nomen fratrem Bernardum a Corleone. Beatitudines evangélicas ardenter me-

ditatus est et attentus in Deum per severam vitam asceticam, spiritalem sequens viam Capuccinorum, quae stat in caritate, in oratione et paenitentia. Dum ante tabernaculum meditaretur, saepe deposuit ex memoria temporis mensuram. Passionem Iesu Christi summo dilexit amore. Cuidam hortanti ut litteras edisceret respondit se debere vulneribus Christi Domini incumbere. Ei persuasum fuit quod « Passio Domini est mare sine fundo, quoniam continet ingentem mysteriorum multitudinem, quae animam ad amorem Dei incitant ». Caritatem usque affectavit, austeritatem et res praecipuas. Ex eius austeritate originem duxit castitas purissima. Consueverat dicere; « Dolores praetereunt, puritas autem cordis atque virtutes religiosae vera sunt ornamenta animae ». De paupertate gavisus est eamque dilexit Franciscali modo « propter amorem Christi Domini », appellavitque eam suam sponsam suamque matrem. Filiali affectu coluit Virginem Mariam, cuius imaginem praecipuo studio consideravit. Ex abundantia cordis loqui solebat palamque suam manifestabat vitam interiorem. Postremos xxv annos vitae suae degit Panormi, cum plebe coniunctus. Ad eum accurrebant homines exquirentes consilium, preces, benedictionem. Eius sanctitas se patefaciebat permeata humanitate et compatiens inter naturalium calamitatum tristiumque eventuum Panormi illius aetatis, dum ipse tamquam Moyses pro populo ante tabernaculum deprecabatur. Rerum extraordinariarum seminator, adhuc novicius a daemonio oppugnatus est, sed vicit semper sua humilitate, paenitentia suaque lignea cruce. Duos per menses ante mortem saepius auditus est exclamare: « Paradisum, paradisum, mox nos videbimus in paradiso! ». Hac cum profunda persuasione eum invenit soror mors in nosocomio Panormitano die xn mensis Ianuarii, anno MDCLXVII. Multitudo hominum, nobiles, plebeii et religiosi, accurrerunt ut ultimum vidèrent « bonum fratrem ». Archiepiscopus Panormitanus nec non Montis Regalis aqua lustrali asperserunt corpus mortuum: funus factum est magna turba populi adstante in ecclesia Capuccinorum, Panormi. Probata fama sanctitatis vitae eiusque virtutes nec non miracula, Bernardus a Corleone beatus declaratus est die xv mensis Maii, anno MDCCLXVIII, a Decessore Nostro Clemente XIII. Augescente fama sanctitatis et signorum, Causae Postulator certiorem fecit Congregationem de Causis Sanctorum de quadam mira sanatione, intercessioni eiusdem Beati ascripta. Re opportune excussa, die i mensis Iulii, anno **MM**, coram Nobis promulgatum est Decretum super miraculo. Favorabili excepto voto Patrum Cardinalium et Episcoporum in Consistorio coadunatorum die XIII mensis Martii, anno MMI, decrevimus ut ritus sollemnis canonizationis ageretur die x insequentis mensis Iunii.

Hodie igitur, una cum ingenti multitudine Pastorum et Christifidelium sollemnitatem celebrantes Sanctissimae Trinitatis, invocato Paracliti Spiritus auxilio, in foro Petriano inter sacra hanc pronuntiavimus formulam:

« Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Aloisium Scrosoppi, Augustinum Roscelli, Bernardum a Corleone, Teresiam Eustochium Verzeri et Rafqa Petram Choboq Ar-Rayès Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quibus prolatis verbis, orationem pio habuimus studio qua tum eximiam huius Sancti vitam laudavimus tum humilitatem, caritatem aliasque christianas virtutes.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in futurum tempus vim habeant, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decima mensis Iunii, anno bismillesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 497365

CONSTITUTIO APOSTOLICA

MONGENSIS

Praefectura Apostolica Mongensis appellanda in Ciadiae finibus constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universae Ecclesiae sustinentes rationes et causas, omni sollicitudine properamus ut catholica instituta fidelibus opportuna afferant beneficia eorundem necessitatibus feliciter aptentur. Nunc autem de Praefecturis civilibus in Ciadia cogitamus, nominatim de sequentibus, scilicet *Batha, BiMine, Güera, Ouaddaï* et *Salamat,* nec non de Sub-Praefectura civili dicta *Ennedi;* quas circumscriptiones hactenus pertinentes ad archidioecesim Ndiamenanam et ad dioecesim Sarhensem, visum est Nobis ab his ecclesiasticis circumscriptionibus distrahere et ex illis novam condere Apostolicam Praefecturam. Idcirco, sententiam Congregationis pro Gentium Evangelizatione amplectentes, omnibus mature perpensis et favente voto Venerabilis Fratris Iosephi Chennoth Archiepiscopi titulo Milevitani et in Ciadia Apostolici Nuntii, haec statuimus et decernimus. Ex praefatis civilibus circumscriptionibus, quas dismembramus ab archidioecesi Ndiamenana et a dioecesi Sarhensi, novam condimus Praefecturam Apostolicam *Mongensem* appellandam, atque sollicitis archidioecesis Ndiamenanae curis commisimus.

Ad haec omnia exsolvenda Venerabilem Fratrem Iosephum Chennoth, quem antea memoravimus, legamus, opportunis necessariisque factis facultatibus subdelegandi quemvis virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re tandem absoluta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione sedulo mittantur, contrariis rebus quibusvis minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die primo mensis Decembris, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef,

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret, Status tab., n. 505.738

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Dei servis Hyacintho Serrano López et XIX Sociis martyribus Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Omnis, qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum» *(Io* 11, 26).

De Christi resurrectione fides quemque apud christianum praecipuum obtinet locum et in Deo scienter nititur qui « non est Deus mortuorum sed vivorum » *(Me* 12, 27). Iesus qui peccatum mortemque vicit quique lapsos homines redemit, fundamentum quoque est eventurae resurrectionis. Ipsa beatitudinis aeternae spes effecit ut Venerabiles Dei Servi Hyacinthus Serrano Lopez et **XIX** socii sanguinem effunderent, unitatem cum Christo Ecclesiaque servantes, plane sibi conscii corporis mortem, iis qui Christo fideles fuerunt, Domini mortis esse participationem, quae ad eiusdem resurrectionem communicandam est necessaria. Anno MCMXXXVI bello civili in Hispania inito, ob saevam in religionem persecutionem, quae a reipublicae potestatibus, catholicis hominibus acriter obsistentibus, acta est, complures ceciderunt, sacerdotes potissimum ac religiosi. Inter eos xvni annumerantur Ordinis Fratrum Praedicatorum ex Aragoniae Provincia sodales ac duo dioecesani presbyteri. His, tametsi haud in iisdem condicionibus occubuerunt, communis fuit aequa mens ac in Providentia fiducia, qua martyrio obviam anno MCMXXXVI iverunt.

En xvni Ordinis Fratrum Praedicatorum sodales:

I. Hyacinthus Serrano López, sacerdos xxxv annorum, magister fuit, concionator et Vicarius Provincialis.

II. Aloisius Urbano Lanaspa, sacerdos **LIV** annorum, concionator generalis fuit et doctor, quique complura caritatis opera egit.

III. Constantinus Fernández Alvarez, sacerdos xxix annorum, theologiae Valentiae Romaeque doctor fuit.

IV. Raphaël Pardo Molina, cooperator frater xxxvii annorum, aeditui sustinuit munus.

V. Lucius Martínez Mancebo, sacerdos xxxiv annorum, studiosus fuit noviciorum magister.

VI. Antonius López Couceiro, sacerdos LXVII annorum, fuit et ipse noviciorum studiosus magister.

VII. Felicissimus Diez González, sacerdos xxix annorum, philosophicam disciplinam tradidit.

VIII. Saturius Rey Robles, sacerdos xxix annorum, magister fuit et ci austri valetudinarius.

IX. Tirsus Manrique Melero, sacerdos **LIX** annorum, linguam Latinam tradidit idemque concionator fuit.

X. Gumersindus Soto Barros, frater cooperator LXVII annorum, perite manuum opera praestitit.

XI. Lambertus de Navascués y de Juan novicius erat xxv annorum.

XII. Iosephus Maria Muro Sanmiguel, sacerdos xxxi annorum, missionariam operam et martyrium affectabat.

XIII. Ioachimus Prats Baltueña novicius fuit xxi annorum.

XIV. Franciscus Calvo Burillo, sacerdos **LV** annorum, magistri officium curiose sustinuit.

XV. Franciscus Monzón Romeo, sacerdos xxiv annorum, paulo post presbyteralem ordinationem interfectus est.

XVI. Raimundus Peiró Victorí, sacerdos **XLV** annorum, validus fuit iuvenum institutor.

XVII. Iosephus Maria Vidal Segú, sacerdos xxiv annorum, paulo post presbyteralem ordinationem interemptus est.

XVIII. Iacobus Meseguer Burillo, sacerdos **LI** annorum, theologiam docuit.

En duo sacerdotes ad archidioecesim Caesaraugustanam adscripti:

I. Emmanuel Albert Ginés, sacerdos LXIX annorum, aegrotos potissimum curavit.

II. Zosimus Izquierdo Gil, sacerdos **XLI** annorum, parochi sustinuit munus.

Martyrii crebrescente fama, anno MCMLVII Archiepiscopus Valentinus beatificationis Causam incohavit seu declarationem martyrii. His perfectis a iure statutis rebus, Nobis coram Decretum super martyrio die xx mensis Decembris anno MCMXCIX prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus die xi mensis Martii anno **MMI** celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Illerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Magna quidem commotione ineffabilique laetitia impleti propter hanc mirabilem tot martyrum glorificationem, fidem eorum et virtutem publice laudavimus, eosque venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii, anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
83 ANGELUS card. SODANO

Loco Œf Sigilli
In Secret. Status tab., n. 494 927

II

Venerabilibus Dei servis Thomae Sitjar Fortia et XI sociis Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit» *(Rom* 10, 13).

Christus, fidei discipulorum fons ac finis, in temporum plenitudine a Patre missus est, ut homines universi a peccato vindicarentur, quodque unum est nomen, quod per se salvare potest. Iesu igitur mors unum est sacrificium quo tandem consummata fit hominum salus. Venerabiles Dei Servi Thomas Sitjar Fortia et XI socii cum probe no vissent iustos homines post corporis interitum cum Christo resuscitato usque victuros ipsosque in novissima die resuscitatum iri, palam suam fidem professi sunt, difficilibus exstantibus condicionibus, atque alacrem animum prae se ferentes, martyrii palmam sunt consecuti. Anno MCMXXXVI bello civili in Hispania inito, reipublicae potestates, Marxianis consiliis imbutae, acerrimam in catholicam Ecclesiam persecutionem egerunt, capitale ostendentes adversus religionem eiusque asseclas odium. Inter hos, qui vita erga Christum fidelitatem significarunt, XII annumerantur Societatis Iesu sodales: VII presbyteri, IV coadiutores et I laicus, qui eodem anno MCMXXXVI sunt interempti.

Hi sunt:

I. Thomas Sitjar Fortia, sacerdos **LXX** annorum. In Uruguaiam missus, ibi philosophicam disciplinam tradidit. Hispania repetita, doctrina catechetica tradenda et docendi arte claruit. Superioris Noviciorum et Gandiae domus, ab omnibus aestimatus, sustinuit partes. In vincula coniectus, die xix mensis Augusti necatus est.

IL Constantinus Carbonell Sempere, sacerdos **LXX** annorum. Gandiae, Barcinone, Lucenti sua apostolica opera gessit, reconciliationis potissimum ministerio addictus. Die xxin mensis Augusti interemptus est.

III. Petrus Gelabert Amer, frater coadiutor XLIX annorum. Studiose complura domus munia sustinuit, atque, licet liber esset, patrem Constantinum Carbonell comitari voluit, quocum die xxin mensis Augusti necatus est.

IV. Raimundus Grimaltos Monllor, frater coadiutor temporalis LXXV annorum. Curabat ipse Gandiae Societatis Iesu praesertim domus hortos. Is una cum illis superioribus die xxin mensis Augusti peremptus est.

V. Paulus Bori Puig, sacerdos LXXI annorum. Suum ministerium Veruelae et Gandiae explevit. Oeconomi munus egit et die xxix mensis Septembris necatus est.

VI. Vincentius Sales Geno vés, frater coadiutor temporalis **LIV** annorum. Ad humiliora officia complenda usque paratus, die xxix mensis Septembris necatus est.

VII. Iosephus Tarrats Comaposada, frater coadiutor LVIII annorum. Apud Valentinam domum valetudinarii spectabili caritate egit opus. Die xxviii mensis Septembris interemptus est.

VIII. Darius Hernández Morato, sacerdos **LV** annorum. Superior Valentinae domus, sollertem apostolicam operam sustinuit. Inter captivos sacerdotale ministerium explevit. Die xxix mensis Septembris necatus est.

IX. Narcissus Basté Basté, sacerdos LXIX annorum. Valentina in urbe pauperes amabiliter coluit. Die xv mensis Octobris necatus est.

X. Alfredus Simón Colomina, sacerdos **LIX** annorum. Complura collegia officii conscius rexit. Die XXIX mensis Novembris interemptus est.

XI. Ioannes Baptista Ferreres Boluda, sacerdos LXXV annorum. Theologiae moralis magister, Codicis Iuris Canonici anno MCMXVII comparandi particeps. Die XXIX mensis Decembris necatus est.

XII. Aloisius Campos Górriz, laicus uxoratus xxxi annorum. Congregationis Marianae sodalis et Actionis Catholicae dioecesani Consilii praeses fuit ipseque advocatus pauperum causas tuitus est. Die XXVIII mensis Novembris interemptus est.

Martyrii fama increbrescente, anno MCMLII Archiepiscopus Valentinus Beatificationis Causam incohavit. His perfectis a iure statutis rebus, Nobis coram super martyrio Decretum die xx mensis Decembris anno MCMXCIX prodiit. Statuimus proinde ut Beatificationis ritus Romae die xi mensis Martii anno **MMI** una cum aliis fidei testibus celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Illerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Magna quidem commotione ineffabilique laetitia impleti propter hanc mirabilem tot martyrum glorificationem, fidem eorum et virtutem publice laudavimus, eosque venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
83 ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret.. Status tab , n. 495.011

III

Venerabili servae Dei Mariae a Guadalupe (in saec. Mariae Franciscae Ricart Olmos) beatorum caelitum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « "Domine, tu scis quia amo te" *(Io* 21, 15). Deus iugiter ostendit se hominem amare, qui vicissim vocatur ad Illum redamandum, ut Petrus quoque fecit. Etenim "in hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam Ipse dilexit nos" *(1 Io* 4, 10) ». Venerabilis Dei Serva Maria a Guadalupe amorem divinum rependit et, fidelis ad officia quae per religiosam consecrationem assumpserat, omnino Christo se dedit, quin dubitaret pro Illius Ecclesiaeque amore sanguinem suum liben-

ter effundere. Maria Francisca, cui hoc fuit nomen in baptismate, die xxin mensis Februarii anno MDCCCLXXXI in pago *Albal,* dioecesis Valentinae, humilibus et christianis nata est parentibus, et ab ipsis, sollicitis de filia honestis moribus instituenda, solida fide christiana est erudita. Undecim annos nata primum participavit convivium eucharisticum, et a tenera aetate Deiparam Virginem Mariam singulari prosecuta est cultu. Vocatione diligenter excussa ad Christum propius sequendum per professionem consiliorum evangelicorum, anno MDCCCXCVI ingressa est monasterium vulgo dictum « Pié de la Cruz », Valentiae, e II Ordine Servorum Mariae, ibique religiosum induit habitum, nomen accipiens Mariam a Guadalupe. Professionem emisit die xix mensis Iunii anno **MCM**. Studiose intenta propriis muneribus implendis, erga superiores humilem, simplicem et oboedientem se exhibuit. Munera obivit procuratricis, prioris, novitiarumque magistrae. De discipularum institutione ac de regulari observantia sedulam curam adhibuit. Summa fide ducta, ardentem tribuit cultum Eucharistiae, Passioni Christi, Virgini Perdolenti Sanctisque Fundatoribus Servorum Mariae. Vitam gerens in austeritate et paenitentia, summopere contendit proprias inclinationes moderari proximoque iugiter inservire. Anno MCMXXXVI cum intestinum exortum est Hispanicum bellum, vehemens in Ecclesiam ac praesertim in Religiosa Instituta exarsit persecutio. Cum res turbidae paterent, Dei Serva talem ostendit fortitudinem ut sorores hortaretur dicens: « Filiae meae, res difficillime vertuntur; pro Deo et pro fide tamquam victimas nos oportet offeramus ». Coacta ad monasterium relinquendum, ad sororem germanam Philomenam confugit. Tunc consilium suscepit pro conversione peccatorum sanguinem effundendi nec non pro triumpho Catholicae Ecclesiae in Hispania. Ex eo quod religiosa erat, die II mensis Octobris anno MCMXXXVI a militibus noctu est comprehensa, quorum minas non timuit, immo ob suam religiosam consecrationem animosam se protulit et constantem in fidelitate servanda erga Iesum, sponsum suum. Aequum animum servans, carnificibus exemplo fuit, et Magistri divina vestigia sequens, veniam dedit illis pro quorum salute oravit. Eadem nocte necata, corpus eius mane insequentis diei inventum est crudeliter deturpatum. Increbrescente martyrii fama, anno MCMLVIII Archiepiscopus Valentinus Causam incohavit beatificationis seu declarationis martyrii. Servatis de iure servandis, Nobis coram Decretum super martyrio prodiit die XXVIII mensis Iunii anno MCMXCIX. Qua de re statuimus ut ritus beatificationis illius ac Iosephi Aparicio Sanz aliorumque fidei testium, qui in eadem persecutione sunt interempti, Romae die xi mensis Martii anno **MMI** perageretur.

Hodie igitur, in foro Patriarchalem Basilicam Vaticanam prospiciente, hanc inter Sacra ediximus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Illerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim sortiri, contrariis rebus minime quibuslibet officientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii, anno Domini **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
68 ANGELUS card. SODANO

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 495.467

IV

Venerabili Dei servo Francisco de Paula Castello y Aleu Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Maxima beatitudo, qua homo frui possit in hoc mundo, est pro Christo mori; et si mille vitas haberem, has pro hac profunderem Causa ne paulisper quidem haesitans ».

Verba haec, quae Venerabilis Dei Servus Franciscus de Paula Castellò y Aleu moriens dixit, Petri apostoli verbis aequantur, qui scripsit: « Si exprobramini in nomine Christi, beati » *(1 P e* 4, 14).

Franciscus de Paula Lucenti die xix mensis Aprilis anno MCMXIV ortus est, qui eodem anno quo natus est patrem amisit. Mater ei religiosam doctrinam tradidit. Christianae initiationis receptis sacramentis, Illerdam petiit,

ubi in Instituto Fratrum Maristarum a Scholis est eruditus. Ibidem baccalaureus renuntiatus, adiit postmodum chimicum institutum Sarria Barcinonensis urbis, quod Societatis Iesu sodales moderabantur, ibidemque Patrem Romanum Galán cognovit, qui exinde ipsius factus est spiritus moderator. Erga Christum amore repletus, Dei Servus et Barcinone et Illerdae apostolatum gessit, dans operam ut peccatores converterentur. Iuvenis Actionis Catholicae suam contulit partem in ea quae Consociatio Iuvenum Christianorum Cataloniae gerere solebat, particeps fuit Operae Exercitiorum Paroecialium et sodalis factus est Congregationis Marialis. Institutione absoluta, operari coepit in officina quadam Illerdensi, virtutibus christianis, insigniter exercitis, ceteris antecellens sociis. Complura caritatis opera complevit atque multum contulit ad scripta catholicamque culturam effundendam. Per continuatam precationem, Dei verbi meditationem, erga sacram Eucharistiam Virginemque Mariam devotionem, fidem aluit. Cum christianam familiam constituere vellet, mense Maio MCMXXXVI sponsalia fecit atque subsequenti mense Iulio nomen dedit militiae. Inter milites quoque alacriter suam Christo Ecclesiaeque fidelitatem testatus est. Talis consuetudo seditiosos homines iratos reddidit, qui bello inito civili eum in vincula coniecerunt. Terrestrium bonorum spe a religione deficere noluit, licet sciret si id fecisset se vitam servaturum. In carcere spiritaliter socios curavit iisque misericordiae divinae fiduciam intulit. Apud Tribunal non dubitavit suam fidem profiteri atque cum novisset se capitis esse condemnatum, palam suum laetum patefecit animum se martyrem futurum, dum familiares ac sponsam solabatur. Postquam carnificibus ignovit atque Christum Regem celebravit, manuballista die XXIX mensis Septembris anno MCMXXXVI necatus est. Martyrii fama increbrescente, anno MCMLIX Episcopus Illerdensis beatificationis Causam seu declarationem martyrii incohavit. His rite absolutis rebus a iure praescriptis, Nobis coram Decretum super martyrio die xvni mensis Decembris anno **MM** prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die xi mensis Martii anno **MMI** una cum Iosepho Aparicio Sanz aliisque fidei testibus celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Illerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium expíen-

tes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Magna quidem commotione ineffabili que laetitia impleti propter hanc mirabilem tot martyrum glorificationem, fidem eorum et virtutem publice laudavimus, eosque venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
68 ANGELUS card. SODANO

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab.., n. 495.720

V

Venerabili Dei servo Aemiliano Kovc Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Studiis exercitis apud scholas paroeciales oppido *Nieswicz,* Confirmationis sacramentum accepit anno 1833 et Luceoriae gymnasium frequentavit necnon in locis *Kiewan* et *Krzemieniec* usque ad annum 1837. Anno 1833 patrem amisit, et eius mater anno 1838 est in exsilium pulsa et in Sibiriam relegata, ubi usque ad annum 1844 permansit. Ab anno 1840 ad annum 1844 Servus Dei mathematicae studuit et post in variis publicis sedibus laboravit. Anno 1847 Lutetiam Parisiorum se contulit, ubi Studiorum Universitatem Sorbonensem frequentavit; annis 1848-1850 institutor fuit apud sui tutoris familiam.

Anno 1851 Voliniam rediit et, vocatione sacerdotali maturata, Zytomiriense Seminarium frequentavit ac deinde studia est prosecutus apud Academiam ecclesiasticam Petroburgensem. Die 8 mensis Septembris sacerdos ordinatus anno 1855, biennium egit in paroecia S. Catharinae Petroburgi, se dedens labori pastorali atque praeceptioni. Anno 1856 titulum accepit "Magister Theologiae". Anno 1857 Congregationem Sororum Franciscalium Familiae Mariae condidit egentioribus adiuvandis.

Die 6 mensis Ianuarii anno 1862 a Beato Pio IX declaratus est Archiepiscopus metropolita Varsaviensis. Die 26 eiusdem mensis consecratus, die 16 mensis Februarii in suam dioecesim est ingressus. Mox existimationem sibi conciliavit populi ob ardorem, quo incremento morali ac religioso prospexit personarum suo pastorali regimini concreditarum. Eo tempore publica urbis condicio exaestuabat: obsidio vigebat multique comprehensi et amandati sunt, tum laici, tum ecclesiastici. Servus Dei omnes ad prudentiam hortabatur, sed post seditionem mensis Ianuarii anni 1863, fuit ei consilium capiendum contra cruentam coercitionem a Russorum Caesare patratam.

Ob suos animosos interventus durae se obiecit ultioni: die 14 mensis Iunii anno 1863 cum custodibus militaribus Petroburgum convocatus est et Gatcinam relegatus et inde in oppidum *Iaroslavl*, ubi viginti annos mansit exsul. Hoc tempore fortitudinem vere strenuam ostendit, Divinae Providentiae confisus et alacriter apostolatui deditus, quamvis in tam difficili condicione.

Interventu Sanctae Sedis liberatus, anno 1883 nominatus est a Leone XIII Archiepiscopus titularis Tarsensis eique concessum est ut in patriam re verteretur, non tamen ut Varsaviae sedem haberet. Extremos igitur duodecim vitae annos in Galicia degit australi-orientali, in urbe *Dzwiniaczka*, ibique multam explicavit actionem pastoralem ac socialem inter agrícolas Polonicos et Ucrainos, in sinceram sociatam operam intendens inque fraternum convictum duarum nationum, « in spiritu Evangelii, unitatis et concordiae ». Etiam in opera caritatis incubuit, scholas aperiendo aliasque Congregationis, quam ipse condiderat, domus. Die 17 mensis Septembris anno 1895 Cracoviae mortuus est, religiosis solaciis receptis.

A iuventute Servus Dei virtutum exercitium super omnia existimavit, ideoque nisus est eas modo et ratione atque continuo exsequi. Eius vita morum proborum constantiam ostendit, etsi difficiles vel etiam adversae fuerunt condiciones, in quibus versatus est.

Eius fides exculta erat, probata, explicata forti animo historiae tempore, quo rationalismus et positivismus bacchabantur; liturgia nutrita, ardenti pietate erga Sanctissimum Sacramentum, precatione atque verbi divini meditatione. Notatione digna est etiam eius religio in Christi Passionem et in Virginem Mariam, ex qua cultum Sanctissimae Matris Dei propagavit, cum suam archidioecesim gubernavit. Inconcusse Providentiae divinae est confisus seque omnino manibus Domini credidit. A puero didicit Deum amare, hocque motus amore praecipua proposita sibi statuit Domini glorificatio-

nem et hominum salutem. Zelo est impulsus ad institutionem catecheticam fovendam necnon missionum curam in populo. Cum sibi persuasum haberet nonnisi in Christo omnes homines posse fratres considerari, numquam auxilium tum materiale tum spiritale egenis recusavit, qui eum adibant, ita multos servans a desperatione et a tristissima miseria. Omnes adiuvit, sine nationis ac religionis discrimine. Indefatigatus fuit in actione pastorali, sicut multiplices inceptus indicant, quos est adgressus, quales fuerunt scholarum apertio et asylorum puerorum atque institutio Congregationis religiosae pro pauperum progressu humano et christiano.

Prudens fuit confessarius, sapiens spiritus moderator; prudentiam strenue in suo ministerio sacro exercuit, in explendo Conditoris munere et in necessitudinibus cum clero, cum auctoritatibus et cum populo. Legem Dei elegit tamquam unicam usus vitae regulam; semper iustus in consuetudine cum aliis, animadvertit suum esse omnibus prospicere ac praecipue agricolis, quaestionis agrariae compositioni favendo. Maximam ostendit fortitudinem serenus et Domino confisus in molestiis quibus a Russicis auctoritatibus est afflictus cum tamquam Episcopus Varsaviensis, Ecclesiae libertatem est tuitus ab arrogantia infensarum potestatum. Simplex et sobrius fuit in vitae ratione; in cibis parcissimus, obsonia communia sumebat nec vinum bibebat. Exemplari modo castitatem observavit iam in scholae ambitu ac deinde congruenter per totam vitam, cuius in cursu semper magnam cordis castimoniam denotavit. Vero spiritu evangelico imbutus et vestigia Sancti Francisci Asisinatis secutus, uti genuinus Tertiarius, heroum more paupertatem coluit prorsus se aversatus, bona terrestria, commoditates et honores, omnia pro pauperibus impendens. Iuvenis parentibus oboedivit ac deinceps Ecclesiae fuit fidelis atque superioribus ecclesiasticis obsequens, praesertim Romano Pontifici. Vir humillimus, quamvis existimatione frueretur et amicitia hominum eminentium, tum doctorum tum artificum, semper consuetudinem cum simplicibus et pauperibus quaesivit.

Sanctitatis fama, ex exercitio orta virtutum heroice explicatarum, post mortem est magis magisque diffusa; quapropter Archiepiscopus Varsaviensis, Servus Dei Cardinalis Stephanus Wyszyriski, beatificationis et canonizationis Causam iniit per celebratum Processum Ordinarium Informativum (annis 1965-1984). Huius Processus auctoritas et vis est a Congregatione de Causis Sanctorum probata decreto die 10 mensis Iunii anno 1988 promulgato. Post Sessionem Consultorum Historicorum, inquisitum est, ex norma, an Servus Dei virtutes observavisset sicut heroas addecet. Prospero cum

exitu, die 24 mensis Novembris anno 2000 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales dein et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 20 mensis Februarii anno 2001 habita, audita relatione Causae Ponentis, Eminentissimi Cardinalis Edmundi Casimiri Szoka, agnoverunt Archiepiscopum Sigismundum Felicem Felinski heroum in modum virtutes théologales, cardinales et iis adnexas explicavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Sigismundi Felicis Felinski, Archiepiscopi tit. Tarsensis, olim Archiepiscopi Varsaviensis, Fundatoris Congregationis Sororum Franciscalium Familiae Mariae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VERONENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Dominicae Mantovani confundatricis et primae antistitae Instituti Parvarum Sororum a S. Familia (1862-1934)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Vita consecrata, quae suas radices in Christi Domini exemplis doctrinisque habet, Dei Patris donum est Ecclesiae ipsius per Spiritum concessum. Progredientibus quidem saeculis nec viri defuerunt nec feminae qui, Patris vocationi parentes nec non Spiritus instigationi, hanc peculiarem delegerunt sequelam Christi ut se Ei devoverent "indiviso" corde (cf *1 Cor* 7, 34)» (Ioannes Paulus II, Adhort. Apost, post-synod. *Vita consecrata,* 1: AAS LXXXVIII, 377).

Etiam Mater Maria Dominica Mantovani magno animo voci Domini aures praebuit, omnibus relictis rebus ut cum eo esset ac Dei servitio se dederet, Ecclesiae atque mundi. Electio vivendi in Christi adsectatione firmissima in ea fuit et hilaris in eaque mansit per totam vitam, coram omnibus Christum pauperem, oboedientem et castum testificans.

Serva Dei orta est in pago *Castelletto di Brenzone* vulgo denominato, intra fines sito dioecesis Veronensis, die 13 mensis Novembris anno 1862, a Ioanne Baptista Mantovani et Prudentia Zamperini, coniugibus humilis generis et admodum religiosis, qui eam christiane educaverunt. Confirmationem accepit anno 1870 et primam Communionem anno 1874. Ludum cum profectu frequentavit, sed studia prosequi nequivit propter familiae paupertatem, at exiguam culturam scholasticam egregiis intellegentiae, voluntatis et gravitatis dotibus supplevit. Fons praecipuus, ex quo suam hausit christianam formationem, catechismus fuit simul cum familiae institutione et bonis exemplis cotidianis. Ita sana crevit corpore et spiritu, bonitate eminens, docilitate, morum integritate et, praecipue, pietate. Etiam iuvenis apostolam se fecit inter aequales, quas ad virtutem formabat bonis lectionibus et vitae testimonio. Sapienter ac rigide moderante beato Iosepho Nascimbeni, qui in pago *Castelletto di Brenzone* primum vicarius cooperator fuit et deinde archipresbyter-parochus (annis 1885-1922), diligenter suam curavit formationem spiritalem atque impigre actioni pastorali interfuit paroeciae. In Piam Unionem ascripta Filiarum Mariae, semper fidelis fuit in

omnibus observandis legis praescriptionibus, factaque est sociis speculum et exemplar, apud quas auctoritate valebat magna. Operam dedit christianae puerorum institutioni ac pauperibus aegrotisque assiduitati praebendae. Singulariter pia erga Virginem Immaculatam, die 8 mensis Decembris anno 1886 votum fecit perpetuae virginitatis.

Interea consilium in animo volvebat se Domino consecrandi. Dei mentem de se per dominum Iosephum Nascimbeni cognovit, parochum suum et spiritus moderatorem, qui eam adiutricem voluit in condenda Congregatione Parvarum Sororum a Sacra Familia, orta imprimis pro paroeciae necessitatibus pagi *Castelletto di Brenzone.* Serva Dei totum suum tulit auxilium in elaborandis Constitutionibus, Regulae Tertii Ordinis Sancti Francisci adhaerescentibus, et in Sororibus formandis; sollicitudines et optata Conditoris communicavit atque cum simplicitate in charisma perficiendum incubuit ab eo acceptum, ita consocians se in celerem et uberem Instituti auctum.

Inde ab initio Antistita generalis, studiosa custos fuit praeceptorum Patris Conditoris et institit in ea viva servanda inter sorores sodales, ut genuinus originum spiritus integre custodiretur. Usque ad mortem moderatrix fuit mitis, sapiens, materna, Congregationis suae, quae eam magni duxit ob vitae probitatem obque virtutum splendorem, cotidie cum ardore, perseverantia et gaudio spiritali cultarum.

Fide praedita fuit viva et adamantina semperque magnas ostendit interiores divitias, quas e gratiae fontibus aluit estque testificata in apostolice iuventute Sororibusque sodalibus excitandis. In continua vixit coniunctione cum Domino; perspicuam nutrivit pietatem in Eucharistiam inque Virginem Mariam, ad quam respexit etiam in nomine seligendo ut consecratae, nempe sorore Maria ab Immaculata. Pietas erga Redemptoris Matrem vere animae eius respiratio fuit; et etiam erga sanctum Ioseph, a Serva Dei verum exemplar habitum vitae interioris, pietatis, sacrificii, humilitatis et virginalis candoris, religiosa fuit eumque est nisa imitari. Spe christiana illuminata, omne studium ad Deum contulit, divinae Providentiae se credidit atque bona aeterna appetivit, quae merere est conata quodlibet peccati genus vitando et attente Dei leges et Ecclesiae, vota religiosa Regulamque quam erat amplexa observando. Spem suscitabat plenamque Dei fiduciam etiam in Sororibus inque personis quae eam adibant. Dominum dilexit, cuius familiaritatem in precatione et in contemplatione quaesivit; aequo animo ac prompto eius voluntatem accepit omnibus in eventibus; eum cognoscendum curavit, amandum eique serviendum. In Deo pauperes dilexit, aegrotos, in-

digentes. Peculiari modo Sorores suas amore est prosecuta atque parentibus orbatas in Instituto exceptas, benignitatem ostendens maternam et urbanitatem. Ipsa per se vel per socias suas familias pagi *Castelletto di Brenzone* materialiter atque spiritaliter adiuvit.

Prudentia dives inde a iuventute, hanc virtutem perfecit in vitae decursu. Quam virtutem, una cum sapientia, potissimum ostendit in adiuvando beato Nascimbeni, in Instituto administrando, in Sororibus spiritaliter formandis. Numquam sivit se rationibus humanis duci, sed semper fidei lumine atque animarum salute. Excellenter iustitiam coluit erga Deum et proximum. Recta fuit in omnes, sine partium studio, sine ambitione. Animi fortitudinis specimen dedit fortiter suam sequendo vocationem et discrimina superando ad suum Antistitae generalis munus pertinentia. Fortem se et suae potestatis esse ostendit in difficultatibus, in indignitatibus inque rebus adversis. Temperans per omnia fuit ac magni fecit paupertatis virtutem, signum habens ad quod ipsa Sororesque se revocarent sanctae Familiae Nazarethanae paupertatem. Inde a pueritia castitatem amavit atque, verbo et exemplo, Sororibus, orbatis ac puellis castimoniae fuit educatrix. Ecclesiasticis superioribus suoque spiritus magistro, beato Iosepho Nascimbeni, oboediens fuit, Sororesque ad oboedientiam adhortabatur, tum etiam, cum id magnae renuntiationis erat atque iacturae.

Virtus vero, quae maxime fulsit in ea, humilitas fuit, quam explicavit semper summopere: humilis fuit in sensibus, in verbis, in se gerendi ratione; humillimam se ostendit in fortibus ac se veris obiurgationibus quibus a Conditore afficiebatur, qui quamvis eam sincere existimaret, eam temptabat ut vivum humilitatis exemplar illam faceret, quae nota propria erat, qua suum Institutum insigniri volebat. Affirmatum est Servam Dei ipsam humilitatem esse.

Usque ad exitum dierum suorum Serva Dei in via sanctitatis profecit ac die 2 mensis Februarii anno 1934, post aliquot morbi dies, multa cum pace et tranquillitate est vitam aeternam ingressa, a suis Sororibus dilecta et venerata.

Sanctitatis fama, qua in vita fuit insignis, mansit et crevit annis mortem subsecutis, quamquam Institutum Parvarum Sororum a Sacra Familia, cupiens Patris Conditoris beatificationis Causam anteferre, in fama sanctitatis mortui duodecim annis ante alteram Conditricem, ad annum 1986 distulit exhibitionem publicae initii Causae petitionis. Inquisitio dioecesana, apud Curiam episcopalem Veronensem annis 1987-1988 instructa, est ex iu-

re probata a Congregatione de Causis Sanctorum die 25 mensis Maii anno 1990. Positione confecta, disceptatum est, pro normis, an Serva Dei heroum more virtutes exercuisset. Die 25 mensis Octobris anno 2000 actus est, felici cum exitu, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris. Patres deinde Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 9 habita mensis Ianuarii anno 2001, audita relatione Eminentissimi Cardinalis Vergilii Noè, Causae Ponentis, fassi sunt Matrem Mariam Dominicam Mantovani sicut heroas addecet virtutes théologales, cardinales et his adnexas explicavisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscribere tur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Dominicae Mantovani, Confundatricis et Primae Antistitae Instituti Parvarum Sororum a S. Familia, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VICENTINA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Caietanae Sterni fundatricis Congregationis Sororum a Divina Voluntate (1827-1889)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Caietana Sterni in oppido Cassola orta est, intra fines posito dioecesis Patavinae, die 26 mensis Iunii anno 1827. Viginti annos nata in viduitate relicta, in multas incurrit difficultates atque aegritudines, donec se omnino pauperum dedidit servitio. Congregationem Sororum a Divina Voluntate instituit pauperibus infirmisque assiduitati praebendae. Fama sanctitatis clara in Domino obdormivit die 26 mensis Novembris anno 1889.

Decretum eius virtutum heroum more cultarum promulgatum est coram Summo Pontifice Ioanne Paulo II die 22 mensis Ianuarii anno 1991.

Beatificationis respectu Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum assertam miram sanationem permisit, Romae patratam atque intercessioni tributam eiusdem Servae Dei. Casus pertinet ad dominam Archangelam di Ruggero, quae die 22 mensis Octobris anno 1963 fortibus abdominis doloribus affecta est ex appendicite. Initio domi curata est, sed postea, cum aggravaretur, vespere diei mensis Octobris 24 oportuit eam in valetudinarium Romanum deducere, in quo statim est sectioni chirurgicae subiecta ob appendicitem gangraenosam retrocaecalem perforatam cum umoris infusione in peritonaeo. Post sectionem eius condiciones in deterius versae sunt, adeo ut prognosis dicta sit quam maxime suspensa. Sorores a Divina Voluntate, quae in valetudinario ministrabant ubi aegrota lectulo affigebatur, condicionis gravitate animadversa, ilico inceperunt Servae Dei Caietanae Sterni precationem invocare. Subsequenti die, multo mane, ex improviso salutaris mutatio facta est peritonitis decessu.

De sanatione, mira habita, instructus est Processus Ordinarius apud Vicariatum Romanum annis 1967-1969. Decretum de auctoritate et vi huius canonicae Inquisitionis promulgatum est a Congregatione de Causis Sanctorum die 28 mensis Novembris anno 1986. Dicasterii Collegium Medicorum in Sessione diei 15 mensis Iunii anno 2000 affirmavit sanationem celerem fuisse, completam, perduraturam et "quoad modum" inexplicabilem. Die 12 mensis Ianuarii anno 2001 actus est Consultorum Theologorum Congressus

Peculiaris ac die 20 subsecuti mensis Martii sessio est habita Ordinaria Patrum Cardinalium atque Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Caietanae Sterni, Fundatricis Congregationis Sororum a Divina Voluntate, videlicet de celeri, completa et perduratura sanatione Archangelae di Ruggero a "peritonite acuta diffusa da rottura di ascesso periappendicolare da appendicite acuta flemmonosa; condizioni generali della paziente molto gravi".*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. Œ S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules;

die 27 Decembris 2001. — Metropolitanae Ecclesiae Calabocensi, Exc.mum P.D. Antonium Iosephum López Castillo, hactenus Episcopum Barinensem.

die 28 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Rusuccurrensi R.D. Kevin J. Farrell clero archidioecesis Vashingtonensis, ibique Vicario generali, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lamphuensi R.D. Franciscum Gonzalez Valer, Filiorum Sacrae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph sodalem, ibique Vicarium episcopalem pro gente hispanica in archidioecesi Vashingtonensi, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 23 Ianuarii 2002. — Cathedrali Ecclesiae Cachoëirensi Rev.dum D. Iosephum Song Sui-Wan, Societatis Sancti Francisci Salesii sodalem, hactenus moderatorem Oratorii Sancti Aloisii eiusdem Societatis in civitate Araras dioecesis Limeirensis.

die 25 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Savonensi-Naulensi R.D. Dominicum Calcagno, e clero archidioecesis Ianuensis, hactenus oeconomum Conferentiae Episcoporum Italiae.

die 31 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Rapidensi, R.D. Brennum Finnigan, e clero dioecesis Ballaratensis, hactenus a secretis Conferentiae Episcoporum Australiae, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Brisbanensis.

die 2 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gaguaritanae R.D. Franciscum Moreno Barrón, e clero archidioecesis Moreliensis, ibique Vicarium episcopalem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 5 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Corvopolitanae, R.D. Gerardum Hanna, e clero dioecesis Armidalensis, ibique Vicarium generalem.

die 8 Februarii 2002. — Titulari episcopali Ecclesiae Abiddensi R.D. Marium Aurelium Poli, e clero archidioecesis Bonaërensis, ibique rectorem Instituti vocationalis San José, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 11 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Moscoviensi Matris Dei, noviter erectae, Exc.mum P.D. Thaddaeum Kondrusiewicz, hactenus Archiepiscopum titularem Hipponensem et Administratorem Apostolicum Russiae Europaeae Septentrionalis Latinorum.

— Cathedrali Ecclesiae Saratoviensi Sancti Clementis, noviter erectae, Exc.mum P.D. Clementem Pickel, hactenus Episcopum titularem Chusirensem et Administratorem Apostolicum Russiae Europaeae Meridianae Latinorum.

— Cathedrali Ecclesiae Neosibirianae Transfigurationis, noviter erectae, Exc.mum P.D. Iosephum Werth, hactenus Episcopum titularem Bulnensem et Administratorem Apostolicum Siberiae Occidentalis Latinorum.

— Cathedrali Ecclesiae Ircutscanae Sancti Iosephi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Georgium Mazur, hactenus Episcopum titularem Tabuniensem et Administratorem Apostolicum Siberiae Orientalis Latinorum.

die 12 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Peoriensi Exc.mum P.D Danielem Robertum Jenky, C.S.C., hactenus Episcopum titularem Amantianum et Auxiliarem dioecesis Vayne Castrensis-Southbendensis.

die 16 Februarii. — Episcopali Ecclesiae Ragusiensi, R.D. Paulum Urso, e clero dioecesis Iaciensis, hactenus Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Castelloripensi, R.D. Iosephum Antonium Eguren Anselmi, e clero Sodalitii Christianae Vitae, paroeciae vulgo Nuestra Señora de la Resurrección nuncupatae parochum et vicarium episcopalem pro pastorali actione in archidioecesi Limana, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Obbitanae, R.D. Hadrianum Tornasi Travaglia, O.F.M., praepositum vulgo dicto «Consorcio de Centros Educativos Católicos del Perú y de la Confederación Interamericana de Educación Católica », Vicariumque pastoralem pro communitate Limana Sinensi, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 16 Februarii 2002. — Titulari episcopali Ecclesiae Villamagnensi in Proconsulari, R.D. Carolum Garcia Camader rectorem Seminarii archidioecesis Limanae, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Belensi R.D. Iacobum Silva Retamales, hactenus Seminarii maioris dioecesis Vallis Paradisi rectorem, quem constituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 19 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Alladensi R.D. Ioannem Fleming e clero Limericiensi, olim rectorem Pontificii Collegii Hibernii.

— Titulari episcopali Ecclesiae Siccessitanae R.P. Carolum Herbst, Societatis S. Francisci Salesii sodalem et parochum in urbe vulgo Frysták, quem deputavit Auxiliarem Pragensis archidioecesis.

die 20 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Florianopolitanae, Exc.mum P.D. Murillum Sebastianum Ramos Krieger, S.C.I., hactenus Archiepiscopum Maringäensem.

— Cathedrali Ecclesiae Prudentipolitanae, Exc.mum P.D. Iosephum Mariam Liborium Camino Saracho, hactenus Episcopum titularem Urusitanum et Auxiliarem Sancti Michaelis Paulinensis.

Collatio dignitatis archiepiscopalis

Decreto Congregationis pro Episcopis, die 25 Iunii 2001 Exc.mo P.D. Ioanni Martí Alanis, Episcopo Urgellensi, dignitas archiepiscopalis ad personam collata est.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 8 Febbraio 2002, S.E. il Signor FRANCISCO ACEVEDO ALBA, Ambasciatore delle Filippine presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 21 Febbraio 2002, S.E. il Signor BASHAR AL-ASSAD, Presidente della Repubblica Araba di Siria.

Martedì 26 Febbraio 2002, il Santo Padre ha tenuto Concistoro ordinario pubblico.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

5 febbraio 2002. S.E. mons. Giuseppe Pinto, Nunzio Apostolico in Senegal e Delegato Apostolico in Mauritania, *Nunzio Apostolico in Mali e in Capo Verde.*

» » » S.E. mons. Adolfo Tito Yllana, Nunzio Apostolico in Papua Nuova Guinea, *Nunzio Apostolico nelle Isole Salomone.*

» » » S.E. mons. Marco Dino Brogi, Arcivescovo tit.. di Città Ducale, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba d'Egitto.*

16 » » S.E, mons. Józef Wesolowski, Arcivescovo tit. di Siebte, *Nunzio Apostolico in Kazakhstan e in Tadjikistan,*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato.

3 gennaio 2002. Il sac. Vittorio Nozza; i signori Kenneth F. Hackett; Ana Alvarez de Lara; Terence Thompson, *Membri del Pontificio Consiglio « Cor Unum » « ad quinquennium ».*

3 gennaio 2002„ Le LL.EE i mons.ri Carlos Amigo Vallejo, Arcivescovo di Sevilla; Wladyslaw Ziólek, Arcivescovo di Lódz; José Dimas Cedeno Delgado, Arcivescovo di Panama; Serafini De Sousa Ferreira e Silva, Vescovo di Leiria-Fátima; Thumma Baia, Vescovo di Warangal; Peter Joseph Connors, Vescovo di Ballarat; Joseph Leo Charron, Vescovo di Des Moines; Jacques Perrier, Vescovo di Tarbes et Lourdes; Jacinto Guerrero Torres, Vescovo di Tlaxcala; James Mathew Wingle, Vescovo di Yarmouth; il p. Anthony Frank Monks, Superiore Generale dei Camilliani; le Reverende: Suor Maria del Camino Agós Munárriz, Superiora generale delle Suore Ospedaliere del S. Cuore di Gesù, Suor Serafina Dalla Porta, Superiora generale delle Figlie di San Camillo, *Membri del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari « ad quinquennium ».*

» » » Le LL.EE i mons,ri Tarcisio Bertone, Arcivescovo emerito di Vercelli; Elio Sgreccia, Vescovo tit. di Zama minore; Jorge Enrique Jiménez Carvajal, Vescovo di Zipaquirá; Fr. Pierluigi Marchesi, O.H.; p. Angelo Brusco, M.I.; Suor Juana Elizondo; p. Pascual Piles Ferrando; i signori: prof. Alain Lejeune; prof. Juan de Dios Vial Correa; Barone Albrecht Von Boeselager; dott. Marcello Sacchetti, *Membri del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari « in aliud quinquennium ».*

12 » » Il sig. Robert Molhant, *Consultore del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « ad quinquennium ».*

17 » » S.E. mons. Joseph Vu Duy Thong, Vescovo tit.. di Tortiboli, *Membro del Pontificio Consiglio della Cultura « ad quinquennium ».*

27 » » P. Janusz Kowal, S.I., *Referendario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica « ad quinquennium ».*

» » » Mons. Giuseppe Versaldi; p. Urbano Navarrete, S.I., *Votanti del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica « in aliud quinquennium aut ad tempus ».*

6 febbraio » Mons. Joachim Llobell, *Giudice della Corte d Appello dello Stato della Città del Vaticano « in aliud quinquennium ».*

12 » » Il sac. Miguel Delgado Galindo, *Capo Ufficio nel Pontificio Consiglio per i Laici.*

14 » » P. Vincenzo Battaglia, O.F.M., *Presidente della Pontificia Accademia Mariana Internazionale « ad quinquennium ».*

14 febbraio 2002. P. Stefano Cecchin, O.F.M., *Segretario della Pontificia Accademia Mariana Internazionale « in aliud quinquennium ».*
16 » » P.. Gianfranco Girotti, O.F.M. Conv., *Reggente della Penitenzieria Apostolica.*

NECROLOGIO

2 febbraio 2002. Mons. Carlo Urru, Vescovo em. di Città di Castello *(Italia).*
5 » » Mons. Alexandre Gonçalves do Amarai, Arcivescovo em. di Uberaba *(Brasile).*
9 » » Mons. Michael J. Begley, Vescovo em. di Charlotte *(Stati Uniti d'America).*
11 » » Mons. Eliseu M. Gomes de Oliveira, Vescovo em. di Itabuna *(Brasile).*
12 » » Mons. Vincenzo Cirrincione, Vescovo em. di Piazza Armerina *(Italia).*
14 » » Mons. Hernando Rojas Ramírez, Vescovo em. di Neiva *(Colombia).*
» » » Mons. Elias Prado Tello, Vescovo tit. di Te veste.
16 » » Mons. Marias Paré, Vescovo em. di Chicoutimi *(Canada).*
17 » » Mons. Alexander Carter, Vescovo em. di Sault Sainte Marie *(Canada).*
20 » » Mons. Herminio Malzone Hugo, Vescovo em. di Governador Valadares *(Brasile).*

An. et vol. XCIV 5 Aprilis 2002 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus beatae Teresiae Eustochio Verzeri Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Spiritus veritatis deducet vos in omnem veritatem» *(Io* 16, 13).

Beata Teresia Eustochium Verzeri in sua brevi sed intensa vita terrestri passa est diligenter a Spiritu Sancto deduci et omni occasione voluntatem Dei sine mora amplexata est, plane a seipsa se removendo.

Nata est Bergomi die xxxi mensis Iulii anno MDCCCI, primogenita ex septem filiis, et postridie baptizata est. Parentes eius pertinebant ad altiorem ordinem socialem eique dederunt institutionem principiis evangelicis nisam. A pueritia non alliciebatur mundanis blanditiis. Postquam locuta est cum episcopo Petro Mola, pro certo habuit se a Deo vocari ad vitam consecratam. Intravit ergo Monasterium Benedictinum a S. Crata in urbe Bergomensi ubi ei concreditum est munus magistrae. Hoc suum explendo officium palam monstravit se inclinationem habere ad navitatem educati vam. Deinde reliquit monasterium, consilium secuta moderatoris spiritus, reverendi domini Iosephi Benaglio, cum quo condidit Congregationem Filiarum Sacri Cordis Iesu. Institutum, ortum die VIII mensis Februarii anno MDCCCXXXXI, pertinebat praecipue ad institutionem puellarum, ut auxilium praeberet mulieribus pauperibus et infirmis omnibusque inopia laborantibus,

nec non ad christianam formationem matrum familias. Post mortem reverendi domini Benaglio, Beata sola mansit quae novam Operam regeret variaque obire debuit discrimina. Magnam ostendit fortitudinem plurimis in difficultatibus superandis suae Congregationis, et propriam inconcussam collocavit fiduciam in divina misericordia, cuius ope singula valuit superare impedimenta omnemque devincere pavoris formam. Innixa praeceptis moderatoris spiritus, scripsit opus « Liber de officiis Filiarum Sacris Cordis deque spiritu earum religiosae institutionis », ex quo clare elucet alta spiritualitas. Anno MDCCCXLII statuit Brixiae domum generalem Congregationis, quae a Summo Pontifice Gregorio XVI suscepit Decretum laudis, ac deinde decretoriam approbationem a beato Pio IX. Veluti Antistita generalis beata Teresia Eustochium rexit cum prudentia et sapientia suam Congregationem, quae celeriter disseminata est multas in regiones Italiae inque Tirolim, ubique propria effundens beneficia. Perseveranter et magnanime prosecuta est iter sanctitatis, altum consequens gradum christianae perfectionis. Constanter exercuit virtutem theologalem fidei, sustentata assidua oratione, devotione in Eucharistiam, in Sacrum Cor Iesu inque Sanctissimam Virginem Mariam. Sollicitudine ducta intellegendi divina de se consilia quibus toto animo adhaerere, profunda cum humilitate se coram Deo prostra vit qui mysteriosa praesentia ei sese revelavit. Vultum Christi animadvertit in hominibus dolentibus, quibus materna sollicitudine procuravit adiumenta materialia et spiritualia. Suam exercendo apostolicam industriam cupiebat magis magisque Regnum Dei in mundo diffundere. A quolibet bono et affectu terrestri seiuncta, paupertatem exercuit atque vitae suae veluti unicum finem habuit se Christo eiusque Ecclesiae fidelem servare. Ad exemplar Divini Magistri oboediens fuit, dulcis, mansueta, quaerens tantum Dei gloriam animarumque salutem. Ad caelestem patriam migravit die **III** mensis Martii, anno MDCCCLII.

Propter diffusam famam sanctitatis, anno MDCCCLXV incohatus est Processus Informativus. Expleta quae iure servanda erant, a Decessore Nostro Pio XII Teresia Eustochium Verzeri sollemniter beata declarata est die xxvii mensis Octobris, anno MCMXLVI. Increbrescente cultu eius, die xvni mensis Decembris, anno **MM**, Nobis coram promulgatum est Decretum super miraculo. Excipientes favens votum Patrum Cardinalium et Episcoporum in Consistorio coadunatorum die xin mensis Martii, anno **MMI**, decrevimus ut ritus canonizationis ageretur die x insequentis mensis Iunii.

Hodie igitur una cum ingenti coetu Pastorum et Christifidelium pie sollemnitatem celebrantes Sanctissimae Trinitatis, invocato Paracliti Spiritus auxilio, in foro Petriano inter sacra hanc pronuntiavimus formulam:

« Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Aloisium Scrosoppi, Augustinum Roscelli, Bernardum a Corleone, Teresiam Eustochium Verzeri et Rafqa Petram Choboq Ar-Rayès Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

Deinde Ipsi Nos debite venerati sumus novam Sanctam, eius efficacem intercessionem pro universa Ecclesia exposcentes. Hac quoque fruentes occasione omnes fideles paterne hortati sumus ad exemplum eius sequendum, praecipue in eximia caritate, quam secundum divinitus revelata verba continuo et copiose haurire debemus ex unico fonte perfectae caritatis, videlicet ex Corde Iesu Christi, divini Salvatoris.

Persuasum enim habemus, maxime inter usque augescentes huius temporis difficultates, tantummodo in fervida nimirum precatione atque in ferventi Eucharistica adoratione filialique erga Immaculatum Cor Virginis Mariae devotione continuo vim invenire nos posse ad cotidianae vitae gravia fideliter et efficaciter ferenda onera atque magnanima opera apostolica explenda proximique misericordem et sine haesitatione semper actuosam exercendam caritatem.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in futurum tempus vim habeant, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo mensis Iunii, anno bismillesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

In Secret Status tab.., n. 504.423

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

In Brasilia constituitur nova Provincia ecclesiastica Victoriensis de Conquista, cuius metropolitana Ecclesia erit Sedes eiusdem nominis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sacrorum Antistites Conferentiae Episcoporum Brasiliae maiori spirituali Christifidelium bono studentes consulere, ab hac Apostolica Sede unanimo consensu postulaverunt ut, dismembrato territorio Provinciae ecclesiasticae Sancti Salvatoris in Brasilia, quae multitudine civium ac numero dioecesium suffraganearum eminet, nova Provincia ecclesiastica Victoriensis de Conquista nuncupanda constitueretur. Nos vero pro gravissimo, quo fungimur, munere solliciti de cunctis particularibus Ecclesiis deque omnium animarum salute, praehabito faventi voto Venerabilis Fratris Alfii Rapisarda, Archiepiscopi titulo Cannensis et in eadem Natione Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi libenter concedendum esse putavimus. Summa igitur Nostra potestate quae sequuntur decernimus. Victoriensem de Conquista episcopalem Sedem a metropolitico iure Ecclesiae Sancti Salvatoris in Brasilia seiungimus et ad gradum archiepiscopalis metropolitanae Sedis evehimus, cui proinde iura et privilegia cuncta conferimus, quibus ceterae metropolitanae Sedes ad normam iuris fruuntur. Nova condita provincia ecclesiastica *Victoriensis de Conquista* efformantur metropolitana Ecclesia eiusdem nominis atque dioecesibus Spelaeopolitana a Bono Iesu, Caëtitensi, Iequieana et Liberationis Marianae, hactenus ad provinciam ecclesiasticam Sancti Salvatoris in Brasilia spectantibus. Insuper Victoriensem de Conquista pro tempore sacrorum Antistitem archiepiscopali dignitate augemus et gradu Metropolitae insignimus iuribus ac privilegiis cumulatum, quae in catholico orbe sunt secundum canones Iuris Canonici ceteris metropolitis, dum aequalibus etiam officiis cumulamus oneribusque obstringimus quibus illi quoque gravantur. Praeterea Sedis Victoriensis de Conquista praesulem, Venerabilem Fratrem Geraldum Lilium Rocha, hoc ipso die a dioecesi Colatinensi ad hanc Ecclesiam Victoriensem de Conquista translatum, ad archiepiscopalem dignitatem et gra-

dum Metropolitae promovemus, quem iuribus quoque exornamus ac privilegiis, quibus potiuntur alii metropolitae, at oneribus similiter nectimus et officiis, quibus illi itidem subiacent. Quae praescripsimus committimus perficienda memorato Venerabili Fratri Alfio Rapisarda, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates quemlibet alium delegandi virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito mittendi sincerum exemplar actus effectae exsecutionis ad Congregationem pro Episcopis. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo sexto mensis Ianuarii, anno Domini bis millesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

£B ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr, pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Tharsicius Nardi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 68 Plumbi
In Secret, Status tab., n, 507320

II

Nova conditur Provincia ecclesiastica scilicet Fori S. Annae, quae sedes ad dignitatem Ecclesiae metropolitanae attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad totius dominici gregis tutelam destinati, pastorali quidem permoti studio curam continenter adhibemus, ut salutifera Iesu Christi beneficia quam amplissimam multitudinem attingant. Quapropter Nos aptare festinamus ecclesiastica instituta ut proposita haec commodius expediantur. Ideo flagitante Episcoporum Brasiliensium Conferentia ac favente item Venerabile Fratre Alfio Rapisarda, Archiepiscopo titulo Cannensi et in Brasilia Apostolico Nuntio, de consilio Congregationis pro Episcopis, Apostolica Nostra potestate suffulti, haec quae sequuntur decernimus et statuimus. Fori S. Annae sedem a metropolitico iure Ecclesiae Sancti Salvatoris in Brasilia se-

paramus eamque ad dignitatem archiepiscopalis metropolitanae Ecclesiae attollimus, congruis iuribus privilegiisque additis, quibus ceterae metropolitanae sedes ad iuris normas fruuntur. Nova condita provincia ecclesiastica *Fori S. Annae* complectetur metropolitanam Sedem eiusdem nominis et diocèses Barrensem, Barreriensem, Bonfímensem, Irecensem, Iuazeiriensem, Paulalfonsanensem et Ruibarbosensem, hucusque ad provinciam Ecclesiasticam Sancti Salvatoris in Brasilia pertinentes. Fori S. Annae sacrorum Antistitem pro tempore dignitate archiepiscopali et gradu Metropolitae honestamus eidemque onera et obligationes addimus, secundum sacrorum canonum praescripta. Praefatae sedis Fori S. Annae in praesentia Episcopum, scilicet Venerabilem Fratrem Itamarum Navildum Vian, O.F.M.Cap., ad dignitatem archiepiscopalem et gradum Metropolitae evehimus, iuribus cunctis concessis ac privilegiis quibus metropolitae fruuntur itemque oneribus et obligationibus additis quibus iidem subiciuntur. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Alfium Rapisarda, quem supra memoravimus, legamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re demum ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis mittantur, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto decimo mensis Ianuarii, anno Domini bis millesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

ffl ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Tharsicius Nardi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 507.321

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beatorum caelitum in album Iosephus Aparicio Sanz ac septuaginta tres illius comites referuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Et nos credidimus et cognovimus quia tu es Sanctus Dei » *(Io* 6, 69).

Vitam Apostolorum testificationemque collustravit fides in Iesum, Dei Filium atque hominum servatorem, quae etiamnum Ecclesiae lux esse pergit et impulsio perinde ac omnis baptizati ac baptizatae a quibus verbum Dei auditur ad effectumque deducitur. Suffulsit eadem haec fides christifideles Hispaniae, cum vehemens nempe iis minaretur ab anno millesimo nongentesimo tricesimo sexto ad nonum insectatio, contendentibus Dei videlicet Ecclesiaeque hostibus nomen christianum ex populi eiusdem eripere animis. Complures tunc episcopi ac presbyteri, religiosae et religiosi necnon fideles laici ordinis inter discrimina ac minationes, inter vim ac necem suum coram universo orbe amorem testati sunt fidelitatemque in Deum ad effusum usque sanguinem. Testibus fidei plurimis eo tempore adnumerentur septuaginta quattuor Servi ac Servae Dei oportet archidioecesis Valentinae, Dominum qui magistrum Divinum sectari suum ad crucis aram nihil dubitarunt. De triginta septem agitur presbyteris dioecesanis, duodeviginti laicis viris atque undeviginti feminis, qui suis ipsorum occisoribus omne facinus ignoscentes fidemque in Dominum universi orbis regem atque historiae dominatorem suam adserentes pro Deo et Ecclesia vitam obtulerunt. Eorum quidem exemplum, numquam e Populi Dei memoria exstirpandum, communem ad omnium proponitur admirationem et imitationem eorumque hic nomina venerabundo prorsus commemorantur adfectu:

A) Dioecesani fuerunt sacerdotes:

1) Iosephus Aparicio Sanz; 2) Ferdinandus González Anón; 3) Ioannes Ventura Solsona; 4) Iosephus Ruiz Bruixola; 5) Raimundus Marti Soriano; 6) Ioachim Vilanova Camallonga; 7) Henricus Morant Pellicer; 8) Carmelus Sastre Sastre; 9) Vincentius Ballester Far; 10) Raimundus Stephanus Bou Pascual; 11) Iosephus Raimundus Paschalis Ferrer Botella; 12) Henricus Juan Requena; 13) Elias Carbonell Molla; 14) Ioannes Carbonell Molla; 15)

Paschalis Penadés Jornet; 16) Salvator Iosephus Ferrandis Seguí; 17) Iosephus Toledo Pellicer; 18) Ferdinandus García Sendra; 19) Iosephus García Mas; 20) Iosephus Maria Segura Penadés; 21) Salvator Estrago Solves; 22) Vincentius Sicluna Hernández; 23) Vincentius Maria Izquierdo Alcón; 24) Iosephus Maria Ferrándiz Hernández; 25) Franciscus Ibáñez Ibáñez; 26) Iosephus González Huguet; 27) Iosephus Fenollosa Alcayna; 28) Felix Yuste Cava; 29) Vincentius Pelufo Corts; 30) Iosephus Canet Giner; 31) Franciscus Sendra Ivars, 32) Didacus Llorca Llopis; 33) Alfonsus Sebastiá Viñals; 34) Germanus Gozalvo Andreu; 35) Gundisalvus Viñes Masip; 36) Vincentius Rubiols Castellò; 37) Antonius Silvestre Moya.

B) Laici fuerunt viri:

1) Raphael Alonso Gutiérrez; 2) Marinus Blanes Giner; 3) Iosephus Maria Corbin Ferrer; 4) Carolus Díaz Gandía; 5) Salvator Damianus Enguix Garés; 6) Ismael Escrihuela Esteve; 7) Ioannes Baptista Faubel Cano; 8) Iosephus Raimundus Ferragud Girbés; 9) Vincentius Galbis Girones; 10) Ioannes Gonga Martínez; 11) Carolus López Vidal; 12) Iosephus Medes Ferris; 13) Paulus Meléndez Gonzalo; 14) Iosephus Perpiñá Nácher; 15) Arturus Ros Montait; 16) Paschalis Torres Lloret; 17) Emmanuel Torró García; 18) Iosephus Maria Zabal Blasco.

c) Feminae fuerunt laicae:

1) Amalia Abad Casasempere; 2) Anna Aranda Riera; 3) Florentia Caerols Martínez; 4) Maria Climent Mateu; 5) Tharsila Córdoba Belda; 6) Francisca Cualladó Baixauli; 7) Maria Teresia Ferragud Roig; 8) Aloisia Maria Frías Cañizares; 9) Incarnatio Gil Valls; 10) Maria a Columna Jordá Botella; 11) Herminia Martínez Amigó; 12) Maria Aloisia Montesinos Orduña; 13) Iosepha Moscardo Montalvá; 14) Maria del Olvido Noguera Albelda; 15) Crescentia Valls Espi; 16) Maria a Purificatione Vidal Pastor; 17) Maria Carmelitis Viel Ferrando; 18) Pilar Villalonga Villalba; 19 Maria Sophia Teresia Ximénez Ximénez.

Percepta autem ipsa denique martyrii aestimatione, qua commemoratos superius Servos Dei Servasque universi prosequebantur, Valentinus praesul eorum imposuit beatificationis causam canonicosque adgressus est perficere processus. Omnibus itaque iuris cum satis esset factum praescriptis, die xvni mensis Decembris anno **MM** decretum prodiit super martyrio. Unde decernere valuimus ut congruus beatificationis ritus Romae compleretur anno **MMI**. Hodie propterea spectantes nos interminatam sacrorum Ecclesiae pa-

storum gestientiumque christifidelium turbam protulimus hanc sollemniter beatificationis formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Illerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

Eodem vero tempore has edi iussimus litteras eadem super re quas valere in sempiternum volumus suosque sortiri effectus, ullis contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xi mensis Martii anno **MMI,** Pontificatus Nostri vicesimo et tertio.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret.. Status tab., n. 494 926

II

Venerabilibus Dei Servis Rosariae de Soano et II Sociis Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Circumdantes circumdederunt me, et in nomine Domini excidi eos» *(Ps* 118, 11).

Etiam cum in Hispania saeva exardebat religiosa persecutio, Venerabiles Dei Servae Rosaria de Soano et duae Sociae minime suam coram Christi hostibus fidem profiteri dubitarunt, illorum odium amore et venia rependentes. Paulo post intestinum initum bellum a rerum novarum molitoribus, qui omnino Ecclesiae, religiosis, sacris institutionibus aversabantur, claustrum *Masamagrell,* Valentina in urbe, deserere coactae sunt atque suam in Deum dilectionem per martyrium testatae sunt.

Eae fuerunt:

1. Soror Rosaria, scilicet Petra Maria Victoria Quintana Argos, in oppido *Soano* Cantabriae die xiu Maii mensis anno MDCCCLXVI orta est. Religiosam persequens vocationem, xxin annos nata, Congregationem Tertiariarum Capuccinarum Sacrae Familiae est ingressa, quae adulescentes derelictos curare studebat. Vota religiosa die xiv mensis Maii anno MDCCCXCI nuncupavit et quinque post annis in perpetuum se Deo consecravit. Sua in Congregatione Magistrae Novitiarum, Antistitae loci, Antistitae Generalis et Vicariae Generalis sustinuit officium. Persecutione saeviente, ad necessariorum domum confugit, sed capta est et die xxin mensis Augusti anno MCMXXXVI in oppido *Puçol* Valentinae urbis interempta est. Veniae veluti signum quemdam ex persecutoribus sponsae Christi anulo donavit.

2. Soror Seraphina, scilicet Emmanuela Iusta Fernández Ibero, *Ochovi* Pampilonensis urbis die vi mensis Augusti anno MDCCCLXXII nata est. XV annos nata, Congregationem Tertiariarum Capuccinarum ingressa, temporalia vota die xiv mensis Maii anno MDCCCXCI fecit atque quinque post annos vota sollemnia nuncupavit. Iulio mense anno MCMXXXVI a seditiosibus deserere domicilium coacta est; capta est et die xxin mensis Augusti anno MCMXXXVI est necata. Paulo antequam moreretur Christum Regem proclamavit.

3. Soror Francisca Xaveria, scilicet Maria Ferdinanda Fenollosa Alcayna in oppido *Rafelbuñol* in regione quae *Huerta Valenciana* appellatur die xxiv Maii mensis anno MCMI nata est. Cum Domino se addicere vellet, Congregationem Tertiariarum Capuccinarum ingressa est. Vota temporalia mense Maio anno MCMXXIII et perpetua anno MCMXXVIII nuncupavit. Bello concitato civili, claustrum *Masamagrell* relinquere iussa est et ad parentes confugit, sed detecta est et capta. Seditiosi in oppido *Gilet* Valentinae urbis die XXVII mensis Septembris anno MCMXXXVI eam necaverunt. Divini Magistri ad exemplum necatoribus ignovit.

Ob crebrescentem famam anno MCMXC Valentinus archiepiscopus beatificationis more institutoque seu declarationis martyrii Causam incohavit. His absolutis rebus a iure statutis, Decretum super martyrio die xvni mensis Decembris anno **MM** Nobis coram prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die xi mensis Martii anno **MMI** una cum Iosepho Aparicio Sanz aliisque sociis celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri patente, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valentini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Illerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Magna quidem commotione ineffabilique laetitia impleti propter hanc mirabilem tot martyrum glorificationem, fidem eorum et virtutem publice laudavimus, eosque venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Martii anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
SS ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 497.785

III

Venerabiles Servi Dei Vincentius Cabanes Badenas sociique ipsius duodeviginti una cum Carmela García Moyon, Beatorum Caelitum honoribus augentur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Beatus vir, qui posuit Dominum spem suam et non respexit superbos» *(Ps* 40, 5).

Fidentes suos intenderunt oculos Servi Dei Venerabiles Vincentius Cabanes Badenas atque sodales eius duodeviginti in Deum nec ullarii hominum in adiumento reponentes spem in Domini bracchia sine dubitatione sese proiecerunt. Secundum mentem animumque sui conditoris Venerabilis Patris Aloisii Amigó, qui eos ut misericordem Christi testarentur hortabatur

amorem videlicet suam in adulescentium exclusorum ministerio profundentes vitam, fidelitatem commonstravere et Deo et Ecclesiae sanguinis per proprii effusionem.

Eadem pariter obtigit fortuna Carmelae García Moyon laicae virgini quae Tertiarios Capulatos adiuvabat quaeque paulo ante Christum Regem cecinit quam est enecata.

Veluti hostiae hi omnes ceciderunt illius insectationis contra religionem quae anno MCMXXXVI in Hispania erupit atque sibi illato occucurrerunt martyrio variis temporibus modisque aequo quidem animo et suos erga occisores prorsus indulgenti.

Hi nominatim recensentur:

1. *Vincentius Cabanes Badenas* duodetriginta annorum, sacerdos, prope *Basurto* (Flaviobrigae) die XXX mensis Augusti mortuus anno MCMXXXVI, postquam peccata sua confessus est suisque ignovit carnificibus.

2. *Ambrosius Maria de Torrente* (Salvator Chuliá Ferrandis) septuaginta natus annos, presbyter, apud Montem Serratum (Valentiae) interfectus die xvni mensis Septembris anno MCMXXXVI.

3. *Valentinus Maria de Torrente* (Vincentius Jaunzarás Gómez) quadragesimum agens sacerdos annum in loco Montis Serrati die xvni anno MCMXXXI mensis Septembris exstinctus.

4. *Recaredus Maria de Torrente* (Iosephus Maria Llópez Mora), frater adiutor, qui sexagesimo altero aetatis suae anno martyrium apud Montem Serratum die xvni mensis Septembris perpessus est anno MCMXXXVI.

5. *Modestus Maria de Torrente* (Vincentius Gay Zarzo), adiutor frater, annorum quinquaginta et unius, qui a rebellibus in loco Montis Serrati die xvni Septembris mensis est anno MCMXXXVI interemptus.

6. *Franciscus Maria de Torrente* (Iustus Lerma Martínez), frater adiutor, quinquagesimo vitae suae anno apud Montem Serratum anno MCMXXXVI oppressus die xvin mensis Septembris.

7. *Laureanus Maria de Burriana* (Salvator Ferrer Cardet) quinquaginta duos natus annos presbyter; prope *Turis* (Valentiae) XVI mensis Septembris anno MCMXXXVI martyrio confectus.

8. *Benedictus Maria de Burriana* (Iosephus Emmanuel Ferrer Jordá) annorum sexaginta quattuor adiutor frater; in loco *Turis* die XVI mensis Septembris anno MCMXXXVI interfectus.

9. *Bernardinus Maria de Andújar* (Paulus Martínez Robles), coadiutor frater, annum aetatis agens quinquagesimum septimum: apud *Turis* necatus die xvi mensis Septembris, anno MCMXXXVI.

10. *Gabriel Maria de Benifayó* (Iosephus Maria Sanchís Mompó) septuaginta natus annos: adiutor frater die xvi mensis Augusti scelere rebellium apud *Picasent* (Valentiae) obrutus anno MCMXXXVI.

11. *Iosephus Llosa Balaguer* suae vitae tricesimo quinto anno diaconus: Octobris mensis die VII in loco *Benaguacil* (Valentiae) anno MCMXXXVI interfectus.

12. *Florentinus Pérez Romero* qui die xxin Augusti anno MCMXXXVI apud *P obla de Vallbona* (Valentiae) presbyter triginta quattuor annorum pertulit martyrium.

13. *Urbanus Gil Sáez* triginta quinque annorum, frater adiutor, qui anno MCMXXXVI in loco *P obla de Vallbona* die xxin Augusti mensis occisus periit.

14. *Dominicus Maria de Albor aya* (Augustinus Hurtado Soler), sacerdos, sexagesimum degens suae aetatis annum, Matriti mensis Augusti die xv anno MCMXXXVI, interiit interemptus.

15. *Benvenutus Maria de Dos Hermanas* (Iosephus de Miguel Arahal): Matriti martyrium sacerdos undequinquaginta annorum obiit, Kalendis ipsis Sextilibus anno MCMXXXVI.

16. *Leo Maria de Alacuás* (Emmanuel Legua Martí) sexagesimum agens et primum annum, presbyter die xxvi mensis Septembris Matriti interemptus anno MCMXXXVI.

17. *Franciscus Thomas 8erer* viginti quinque modo sacerdos annorum: die altero mensis Augusti Matriti anno MCMXXXVI occisus.

18. *Crescentius García Pobo* qui die in mensis Octobris anno MCMXXXVI martyrium Matriti annorum triginta trium presbyter passus.

19. *Timotheus Valero Pérez* quem anno MCMXXXVI mensis Septembris die XVII natum triginta quinque annos sacerdotem exstinxerunt.

20. *Carmelitis García Moyon* nata laica virgo duodequinquaginta annos quae apud *Torrente* (Valentiae) die xxx mensis Ianuarii anno MCMXXXVII vivens est ipsa atrocissime concremata.

Quoniam martyrii horum usque percrebrescebant fama et gloria, archiepiscopus Valentinus Causam beatificationis sive potius alicuius declarationis

martyrii aperuit. Singulis autem condicionibus, quas hac super re commune praestituit ius, rite impletis, coram Nobis ipsis prodiit decretum super martyrio Decembris mensis die duodevicesimo anno bis millesimo. Constituimus hinc ritus beatificationis ut Romae die xi Martii mensis anno **MMI** eorundem martyrum expleretur una scilicet cum Iosepho Aparicio Sanz ceterisque fidei testibus qui eadem sublati sunt contra Ecclesiam saeviente vexatione.

Hodie propterea ante interminatam totius Ecclesiae pastorum fideliumque multitudinem his Nos permoti rationibus sollemnem studuimus beatificationis alacerrime pronuntiare hanc formulam:

Nos vota Fratrum Nostrorum Augustini García-Gaseo Vicente, Archiepiscopi Valen tini, Richardi Mariae Cardinalis Caries Gordo, Archiepiscopi Barcinonensis, et Francisci Ciuraneta Aymi, Episcopi Illerdensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Iosephus Aparicio Sanz et ducenti triginta duo Socii Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die vicesima secunda Septembris, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Simili igitur auctoritatis Nostrae usu praecipimus ut quaecumque hisce decreverimus litteris in posterum usque valeant tempus suamque exserant vim et efficacitatem, quibuslibet aliis haudquaquam obstantibus causis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi Martii mensis anno Domini **MMI**, Pontificatus nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. **SODANO**

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 497.882

IV

Venerabili Dei Servo Carolo Emmanueli Caecilio Rodríguez Santiago Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, et ipsi sancti in omni conversatione sitis» *(1 P e* 1,15). Venerabilis Dei Servus Carolus Emmanuel Caecilius Rodríguez Santiago ardenter sanctitati studuit atque, fide illuminatus in Domini resurrectionem, baptismi promissiones servavit, ardenter sacra in liturgia Paschale vixit Christi mysterium, operose evangelizationis sanctificationis que exercuit apostolatum.

Insignis hic Evangelii testis die xxn mensis Novembris anno MCMXVIII in urbe vulgo *Caguas* in natione Portus Divitis natus est ex Emmanuele Baudilio Rodríguez et Herminia Santiago Esteras, qui societati Ecclesiaeque quinque dederunt filios quorum duo Deo se dicaverunt. Die xix mensis Maii anno MCMXIX ipse per Baptismum donum accepit vitae divinae: die xn mensis Martii anno MCMXXIV per sacramentum Confirmationis donis Spiritus Sancti est exornatus. Tristem eventum incendii domus expertus est atque praematuri patris obitus. Optimam a pia matre praesertim atque ab avia Alexandrina Esteras recepit institutionem. Alumnus Collegii Catholici in *Caguas,* peculiari ingenio atque Dei, Ecclesiae, liturgiaeque dilectione clare eminuit. Eucharistia alimonia fuit animae eius et cardo iuventutis. Dum in curriculis optima ratione progrediebatur, gravi coli inflammatione correptus est atque plurimos annos doloribus cruciatus. Morbi causa studia intermisit, culturalem tamen formationem studiose est prosecutus vitam evangelicam inter iuvenes ardenter promovendo. Apostolatum egit pro professorum alumnorumque spiritali bono, christianam doctrinam liturgiamque per commentaria « Circulum de Liturgia » propagando. Ad actionem adducere volens Domini verba: «Vos estis sal terrae... Vos estis lux mundi» *(Mt* 5, 13.14), eminentes ostendit virtutes, quas cotidie laeto fiduciosoque animo exercebat optimum praebens illius temporis hominibus exemplum. Fidem custodivit, spem caritatemque semper in filiali cum Ecclesia communione vixit. Verbo Dei, liturgia, precibus, eucharistico cultu atque pietate erga Virginem Mariam animam candidam aluit. Aequo animo infirmitatis crucem sustinuit atque die xin mensis Martii anno MCMLXIII in aeternum transiit aevum, lata circumdatus solidaque sanctitatis fama.

Archiepiscopus Sancti Ioannis Portoricensis Causam coepit beatificationis anno MCMXCII. Die VII mensis Iulii anno MCMXCVII Nobis coram decretum super virtutibus heroicis prodiit. Congregatio de Causis Sanctorum cognovit de quadam mira sanatione, quae anno MCMLXXXI contigit, atque die XX mensis Decembris anno MCMXCIX decretum super miraculo est evulgatum. Statuimus idcirco ut beatificationis sollemnis sane ritus ageretur Romae die XXIX mensis Aprilis anno MMI.

Hodie igitur in Petriano foro inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Raphaelis Palmero Ramos, Episcopi Palentini, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitani, Michaelis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Roberti Amadei, Episcopi Bergomensis, et Roberti Octavii Gonzalez Nieves, Archiepiscopi Sancti Ioannis Portoricensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Emmanuel Gonzalez García, Maria Anna Blondin, Catharina Volpicelli, Catharina Cittadini et Carolus Emmanuel Caecilius Rodríguez Santiago Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Emmanuelis González García die quarta Ianuarii, Mariae Annae Blondin die duodevicesima Aprilis, Catharinae Volpicelli die altera et vicesima Ianuarii, Catharinae Cittadini die quinta Maii, et Caroli Emmanuelis Caecilii Rodríguez Santiago die tertia decima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Aprilis, anno **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
EB ANGELUS card. SODANO

Loco **88** Sigilli
In Secret. Status tab., n. 494.928

V

Caelitum Beatorum Venerabili Dei Servo Emmanueli González García tribuuntur honores.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Sustinui... qui consolaretur, et non inveni » *(Ps* 69, 21).

Huic anxiae Psalmistae adfirmationi, quam sibi vitae suae principium elegit Servus Dei Emmanuel González García suique episcopatus insigne, morum suorum exemplo respondere studuit novus hic Beatus nec non apostolatu sacro illuc spectante ut Iesu Christi in Eucharistiae Sacramento conquirerentur adoratores. Eidem etiam pronuntiato, quemadmodum beatus Emmanuel testatur, « calamum nostrum dicavimus et linguam, animi nostri fervorem tum etiam totius vitae nostrae suspirium. Nec quidquam suscipere volumus praeter illud dictum aut quod in illud non dirigatur, nec unum proferre quidem verbum nec unum ducere spiritum ».

Reapse universa eius vita semper circum Eucharistiam se dici potest volvisse. Hispali enim natus est die xxv Februarii mensis anno MDCCCLXXVII intra domum humilem funditusque religiosam atque a puero particeps parvulorum chori fuit in cathedrali templo qui cantitabant coram Sanctissimo quin immo et saltabant. Presbyter die XXI mensis Septembris anno MCMI creatus, paucis post mensibus, cum sacram missionem in oppido prope Hispalim *Palomares del Río* ageret, aliquid adeo vehementer expertus est quod eum in vitae perpetuitatem signaverit: versatus enim est ante parochiale templum et tabernaculum quam maxime derelictum. In eo sic usque ad imum perculso animum est exortum propositum illud « se totum impendendi ut Iesu Christi necessitatibus provideretur quas vita ipsius Eucharistica ei gigneret », prout asserit ille. Idem deinde Eucharistiae eum amor adduxit ut Onobae die IV mensis Martii anno MCMX Opus Tabernaculorum-Calvariarum excitaret atque Malacae die III mensis Maii anno MCMXXI Congregationem conderet Missionariarum Eucharisticarum de Nazareth ut per reparantem quendam amorem responderetur Christi amori in Eucharistia una cum Maria Immaculata. Missus deinde anno MCMV Onobam est ubi opus parochi apud templum sancti Petri nec non archipresbyteri ipsius civitatis impensum viam ad lentam patientemque vitae christianae illius populi renovatio-

nem aperuit. De familiis egenis sollicitabatur tum etiam de pueris quorum causa scholam etiam condidit. Opera deditissima eius et vitae sacerdotalis veritas fiduciam sine dubio et rationem attulerunt Pontifici Benedicto XV ut auxiliarem eum episcopum constitueret Malacitanum. Ordinationem exinde episcopalem die xvi Ianuarii mensis anno MCMXVI suscepit quattuorque post annis ipse eiusdem dioecesis creatus est Ordinarius. Sine condicione confidens ille provido Iesu Cordi suscepit novum exstruendum ad sacerdotum suorum eruditionem idoneum Seminarium. Republica in Hispania instituta coepit ille revera periclitan: anno MCMXXXI die xi Maii mensis aedes episcopales incenderunt unde ad Montem Calpes confugere est coactus ne eorum vita discrimini exponeretur qui eum recepissent. Ab anno MCMXXXII dioecesim suam gubernavit dum Matriti commorabatur; anno MCMXXXV a Pontifice Pio XI episcopus est Palentinus destinatus. Aerosissima oportet similiter extollatur industria eius tamquam scriptoris complurium pietatis et educationis operum. Domino animam die iv Ianuarii mensis anno MCMXL reddidit ac Palentino in cathedrali templo humatus est ubi legi titulum licet ab eo ipso pro monumento conscriptum: « Prope tabernaculum sepeliri cupio ut post mortem ossa mea, perinde ac lingua et calamus meus in vita, transeuntibus praedicent: "Hic adest Iesus! Ne ergo deseratur!" ».

Sanctimoniae fama, qua vivens florebat, etiam post obitum haud cessavit; quapropter beatificationis atque canonizationis est suscepta causa. Ipsi autem Nos die vi mensis Aprilis anno MCMLXXXXVIII Servum hunc Dei virtutes théologales et cardinales atque iis adnexas heroum in modum factitavisse pronuntiavimus. Nostro denique in conspectu die xx mensis Decembris anno **MIM** prodiit super miraculo decretum quod eiusdem Venerabilis adsignatum erat deprecationi. Quo etiam tempore ut beatificationis ritus Romae perageretur die xxix mensis Aprilis anno **MMI** sollemniter constituimus.

Hodie igitur celeberrima coram populi Dei multitudine Pastorumque Ecclesiae numero maximo perplacuit Nobis magno animi studio hanc quae sequitur de eo proferre beatificationis formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Raphaelis Palmero Ramos, Episcopi Palentini, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitana Michaelis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Roberti Amadei, Episcopi Bergomensis, et Roberti Octavii González Nieves, Archiepiscopi Sancti Ioannis Portoricensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de

Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Emmanuel González García, Maria Anna Blondin, Catharina Volpicelli, Catharina Cittadini et Carolus Emmanuel Caecilius Rodríguez Santiago Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Emmanuelis González García die quarta Ianuarii, Mariae Annae Blondin die duodevicesima Aprilis, Catharinae Volpicelli die altera et vicesima Ianuarii, Catharinae Cittadini die quinta Maii, et Caroli Emmanuelis Caecilii Rodríguez Santiago die tertia decima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Singula autem quae his Litteris decrevimus tam nunc quam in posterum omne tempus firma esse iubemus ac perpetuo valere, contrariis rebus minime obstantibus quibusvis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Aprilis, anno **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

& ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli

In Secret. Status tab.., n. 497.364

EPISTULA

Venerabili Fratri Licinio Rangel dilectisque filiis Unionis Sancti Ioannis Mariae Vianney Camposinae in Brasilia.

Ecclesiae unitas est donum, quod nobis praebet Dominus, Pastor et Caput Mystici Corporis, quodque eodem tempore certam postulat responsionem uniuscuiusque eius membri, accipientis instantem Redemptoris orationem: « Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat quia tu me misisti» *(Io* 17, 21).

Maximo cum gaudio recepimus vestras litteras, datas die xv mensis Augusti hoc anno, quibus universa Unio redintegravit suam fidei catholicae professionem, plenam cum Petri Cathedra significando communionem, agnoscendo « ipsius Primatum et regimen super universalem Ecclesiam, pastores et fideles », declarando quoque « nullam prorsus ob rationem se velle separari a Petra, super quam Iesus Christus suam fundavit Ecclesiam ».

Summo cum gaudio pastorali accepimus vos cooperari velle cum beati Petri Successore in propagatione Fidei et Doctrinae Catholicae, honori studentes sanctae Ecclesiae — quae est levatum *signum in nationes (Is* 11, 12) — atque adversus eos certantes qui inaniter conantur quassare Petri Navem, quia *portae inferi non praevalebunt adversum eam (Mt* 16, 18).

Gratias agimus Domino Uni et Trino propter tam bonos animi sensus!

His omnibus consideratis et prae oculis habentes gloriam Dei, bonum sanctae Ecclesiae necnon hanc legem supremam quae est *salus animarum* (cfr *can.* 1752 CIC), consentientes ex animo vestrae petitioni ut admitti possitis ad plenam communionem cum Ecclesia Catholica, canonice agnoscimus vos ad eam pertinere.

Eodem tempore certiorem te facimus, Venerabilis Frater, paratum iri documentum legislativum, quod formam iuridicam approbationis vestrarum rerum ecclesiasticarum constituet quo confirmabitur observantia vestrarum peculiarium rerum.

Hoc documento Unio canonice erigetur tamquam Administratio Apostolica personalis, quae erit immediate subiecta huic Sedi Apostolicae et habebit suum territorium in dioecesi Camposina. Agetur de iurisdictione cumulativa cum Ordinario loci. Eius regimen concreditum erit tibi, Venerabilis Frater, tuaeque providebitur successioni.

Confirmabitur Administrationi Apostolicae facultas celebrandi Eucharistiam et Liturgiam Horarum secundum Ritum Romanum atque disciplinam liturgicam, utrumque recognitum et ordinatum ad Nostri Decessoris sancti Pii V praescripta, cum accommodationibus inductis ab eius Successoribus usque ad beatum Ioannem XXIII.

Maxima quidem laetitia, ut certa reddatur plena communio, declaramus remissionem censurae de qua agitur in can. 1382 CIC quoad te, Venerabilis Frater, simulque remissionem omnium censurarum atque veniam omnium irregularitatum in quas inciderunt alia membra istius Unionis.

Non fugit Nos singularis dies quo datae sunt litterae vestrae, sollemnitate videlicet contingente Assumptionis Beatae Mariae Virginis. Eidem sanctae Matri Dei et Ecclesiae committimus hoc actum cum voto, quod fit oratio, unanimioris in dies convictas inter clerum et fideles eiusdem Unionis ac dilectae dioecesis Camposinae, ad renovatum fervorem authentice missionarium Sanctae Ecclesiae.

Omnibus membris Unionis Sancti Ioannis Mariae Vianney imo ex corde largimur peculiarem Apostolicam Benedictionem.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxv mensis Decembris, in sollemnitate Nativitatis Domini, anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

IOANNES PAULUS PP. II

HOMILIA

In sollemnitate canonizationis quattuor Beatorum.*

• 1. « C'era una scritta, sopra il suo capo: Questi è il re dei Giudei ».[1]

Quella scritta, che Pilato aveva fatto porre sulla croce (cfr *Gv* 19, 19), contiene al tempo stesso il motivo della condanna e la verità sulla persona di Cristo. Gesù è re — Lui stesso lo ha affermato —, ma il suo regno non è di questo mondo.[2] Davanti a Lui, l'umanità si divide: chi lo disprezza per il suo apparente fallimento, e chi lo riconosce come il Cristo, « immagine del Dio invisibile, generato prima di ogni creatura »,[3] secondo l'espressione dell'apostolo Paolo nella Lettera ai Colossesi, che abbiamo ascoltato.

Dinanzi alla croce di Cristo si spalanca, in un certo senso, la grande scena del mondo e si compie il dramma della storia personale e collettiva. Sotto lo sguardo di Dio, che nel Figlio Unigenito immolato per noi si è fatto misura di ogni persona, di ogni istituzione, di ogni civiltà, ciascuno è chiamato a decidersi.

2. Dinanzi al divin Re crocifisso si sono presentati anche coloro che poc'anzi sono stati proclamati Santi: Giuseppe Marello, Paula Montai Fornés de San José de Calasanz, Léonie Françoise de Sales Aviat e Maria Crescentia Höss. Ognuno di loro si è affidato alla sua misteriosa regalità, proclamando con tutta la propria vita: « Gesù, ricordati di me quando entrerai nel tuo regno ».[4] E, in modo assolutamente personale, ciascuno di loro ha ricevuto dal Re immortale la risposta: « In verità ti dico, oggi sarai con me nel paradiso ».[5]

Oggi! Quell'« oggi » appartiene al tempo di Dio, al disegno di salvezza, di cui parla san Paolo nella Lettera ai Romani: « Quelli che (Dio) da sempre ha conosciuto, li ha anche predestinati... chiamati... giustificati... glorificati ».[6] Quell'« oggi » contiene anche il momento storico dell'odierna canonizzazione, in cui questi quattro esemplari testimoni di vita evangelica sono elevati alla gloria degli altari.

* Die 25 Novembris 2001

[1] ***Lc*** 23, 38.

[2] Cfr ***Ov*** 18, 36-37.

[3] ***Col*** 1, 15.

[4] ***Lc*** 23, 42.

[5] ***Ibid.,*** 23, 43

[6] ***Rm*** 8, 29-30

3. « Piaeque a Dio di fare abitare in (Cristo) ogni pienezza ».[7] Di tale pienezza fu reso partecipe san Giuseppe Marello, come sacerdote del clero di Asti e come Vescovo della diocesi di Acqui. Pienezza di grazia, fomentata in lui dall'intensa devozione a Maria santissima; pienezza del sacerdozio, che Dio gli conferì come dono ed impegno; pienezza di santità, che egli attinse conformandosi a Cristo, Buon Pastore. Mons. Marello si formò nel periodo aureo della santità piemontese, quando, in mezzo a molteplici forme di ostilità contro la Chiesa e la fede cattolica, fiorirono campioni dello spirito e della carità, quali il Cottolengo, il Cafasso, Don Bosco, il Murialdo e l'Allamano. Giovane buono e intelligente, appassionato della cultura e dell'impegno civile, il nostro Santo trovò solo in Cristo la sintesi di ogni ideale e a Lui si consacrò nel Sacerdozio. « Fare gli interessi di Gesù » fu il motto della sua vita, e per questo si rispecchiò totalmente in san Giuseppe, lo sposo di Maria, il « custode del Redentore ». Di san Giuseppe lo attrasse fortemente il servizio nascosto, nutrito di profonda interiorità. Questo stile egli seppe trasfondere negli Oblati di San Giuseppe, la Congregazione religiosa da lui fondata. Ad essi amava ripetere; « Siate straordinari nelle cose ordinarie » e aggiungeva: « Siate certosini in casa e apostoli fuori casa ». Della sua robusta personalità, il Signore volle servirsi per la sua Chiesa, chiamandolo all'Episcopato nella diocesi di Acqui, dove, in pochi anni, spese per il gregge tutte le sue energie, lasciando un'impronta che il tempo non ha cancellato.

4. «Te lo aseguro: hoy estarás conmigo en el paraíso».[8] En el paraíso, en la plenitud del Reino de Dios, fue acogida santa Paula Montai Fornés de San José de Calasanz, fundadora del Instituto de las Hijas de María, Religiosas Escolapias, tras una vida de santidad. Primero en su ciudad natal, Arenys del Mar, comprometida en diversas actividades apostólicas y adentrándose, con la oración y la piedad sincera, en los misterios de Dios; luego, como fundadora de una familia religiosa, inspirada en el lema calasan ció « piedad y letras », se dedica a la promoción de la mujer y de la familia con su ideal de: « Salvar la familia, educando a las niñas en el santo temor de Dios »; al final dará muestra de la autenticidad, el temple y la ternura de su espíritu, un espíritu modelado por Dios, durante los treinta años de vida escondida en Olesa de Montserrat.

[7] ***Col*** 1, 19.
[8] ***Le*** 23, 43,

La nueva Santa pertenece a ese grupo de fundadores de institutos religiosos que en el siglo XIX salieron al paso de las muchas necesidades que entonces se presentaban y a las cuales la Iglesia, desde las perspectivas del Evangelio y las insinuaciones del Espíritu, tenía que responder en bien de la sociedad. El mensaje de Santa Paula sigue siendo actual y su carisma educativo es fuente de inspiración en la formación de las generaciones del tercer milenio cristiano.

5. Le dessein bienveillant du Père qui « nous fait entrer dans le royaume de son Fils bien-aimé » trouve en sainte Françoise-de-Sales Aviat une splendide réalisation: elle a vécu jusqu'au bout l'offrande d'elle-même. Au cœur de son engagement et de son apostolat, Sœur Françoise-de-Sales place l'oraison et l'union à Dieu, où elle trouve lumière et force pour surmonter les épreuves et les difficultés, et jusqu'à la fin de son existence elle persévère dans cette vie de foi, désirant se laisser conduire par le Seigneur: « O mon Dieu, que mon bonheur soit de vous sacrifier toutes mes volontés, tous mes désirs! ». La résolution qui caractérise si bien Mère Aviat, « M'oublier entièrement », est aussi pour nous un appel à aller à contre-courant de l'égoïsme et des jouissances faciles, et à nous ouvrir aux nécessités sociales et spirituelles de notre temps. Chères Sœurs Oblates de Saint-François-de-Sales, à l'école de votre fondatrice, en communion profonde avec l'Eglise, là où Dieu vous a plantées, soyez bien déterminées à recevoir les grâces présentes et à en profiter, car c'est en Dieu que l'on trouve la lumière et le secours nécessaires en chaque circonstance! Confiantes en l'intercession puissante de la nouvelle Sainte, accueillez dans la joie l'invitation à vivre, dans une fidélité renouvelée, les intuitions qu'elle a si parfaitement vécues!

6. Christus, dem König, die Ehre geben: Dieser Wunsch hat die heilige Maria Crescentia Höss von Kindesbeinen an beseelt. Dafür setzte sie ihre Talente ein. Gott hatte ihr eine schöne Stimme in die Wiege gelegt. Schon als junges Mädchen durfte sie im Kirchenchor den Solopart singen — nicht um sich selbst darzustellen, sondern um für Christus-König zu singen und zu spielen.

Auch ihre Menschenkenntnis stellte sie in den Dienst des Herrn. Die Franziskanerin war eine begehrte Ratgeberin. An der Klosterpforte drängten sich die Besucher: neben ganz einfachen Männern und Frauen auch Fürsten und Kaiserinnen, Priester und Ordensleute, Äbte und Bischöfe. So wurde sie zu einer Art »Hebamme«, um in den Herzen der Ratsuchenden die Wahrheit entbinden zu helfen.

Der Heiligen blieb aber auch das Leiden nicht erspart. »Mobbing« gab es schon zu ihrer Zeit. Die Schikanen in der eigenen Gemeinschaft ertrug sie, ohne an ihrer Berufung zu zweifeln. Der lange Atem der Leidenschaft ließ die Tugend der Geduld in ihr reifen. Das kam ihr zugute, als sie selbst Oberin wurde: Geistlich leiten hieß für sie dienen. Sie war freigebig gegenüber den Armen, mütterlich zu ihren Mitschwestern und feinfühlig zu allen, die ein gutes Wort brauchten. Die heilige Crescentia hat vorgelebt, was das Königtum Christi bedeutet: »Was ihr für einen meiner geringsten Brüder getan habt, das habt ihr mir getan«.[9]

7. «Ringraziamo con gioia il Padre che ci ha messi in grado di partecipare alla sorte dei santi nella luce».[10] Mai come in questi momenti trovano eco in noi queste parole di san Paolo! Veramente la comunione dei santi ci fa pregustare il Regno celeste e, al tempo stesso, ci spinge, sul loro esempio, a costruirlo nel mondo e nella storia.

Oportet illum regnare, « Bisogna che egli regni scriveva l'Apostolo, riferendosi a Cristo.

Oportet illum regnare ci ripetete, con la vostra testimonianza, voi, san Giuseppe Marello, santa Paula Montai Fornés de San José de Calasanz, santa Léonie Françoise de Sales Aviat e santa Maria Crescentia Höss! Il vostro esempio ci stimoli a una più viva contemplazione di Cristo Re, crocifisso e risorto. Il vostro sostegno ci aiuti a camminare fedelmente sulle orme del Redentore, per condividere un giorno, insieme a voi, insieme a Maria e a tutti i santi, l'eterna sua gloria in paradiso. Amen!

ALLOCUTIONES

I

Ad episcopos Honduriae.*

Queridos Hermanos en el episcopado:

1. Me es grato recibiros hoy, con ocasión de la visita *ad Limina,* en la cual habéis tenido ocasión, una vez más, de peregrinar a las tumbas de los apóstoles Pedro y Pablo, y renovar vuestros vínculos de comunión con el

[9] ***Mt*** 25, 40.
[10] ***Col 1, 12***
[11] ***1 Cor*** 15, 25.

* Die 4 Decembris 2001.

Obispo de Roma y con la Iglesia universal. Además, es una ayuda para vivir la misión de guiar a la comunidad eclesial de Honduras, que tuve el gozo de visitar en 1983.

Agradezco cordialmente al Señor Cardenal Óscar Andrés Rodríguez Maradiaga, Arzobispo de Tegucigalpa y Presidente de la Conferencia episcopal, las amables palabras que me ha dirigido en nombre también de sus Hermanos Obispos, a los cuales saludo diciendo con el apóstol Pablo: « A vosotros gracia y paz, de parte de Dios nuestro Padre y del Señor Jesucristo ».[1] Asimismo, os ruego que transmitáis mi afectuoso saludo a los miembros de cada comunidad eclesial de vuestro amado País.

Me siento muy unido a vosotros para compartir « el gozo y la esperanza, la tristeza y la angustia»[2] de los ciudadanos hondurenos, teniendo presente aún el dolor y ansiedades ante la devastación causada por el huracán « Mitch » en octubre de 1998, y más recientemente la tormenta tropical « Michelle ». Ante tales catástrofes tratasteis de aliviar los sufrimientos del pueblo, ya tan probado por la pobreza, y suscitar en él nuevas esperanzas. Espero, además, que los nuevos líderes políticos, elegidos recientemente, puedan continuar los trabajos de verdadera reconstrucción nacional, llevando al País a un auténtico desarrollo, respetando debidamente la dignidad de la persona humana y sus derechos fundamentales.

2. Es también motivo de gozo y esperanza para la Iglesia en Honduras la próxima conmemoración de los 500 años de la Primera Misa celebrada en tierra firme del Continente. Esta efemérides ha de ser vivida como una oportunidad providencial para comenzar un nuevo camino lleno de iniciativas, recordando siempre las palabras del Señor: « Yo estoy con vosotros todos los días ».[3] En el pregón que habéis publicado para dicho acontecimiento, señaláis que « con los gratos recuerdos y las impresiones todavía frescas de los grandes eventos de espiritualidad del Gran Jubileo del Año 2000, la Iglesia que peregrina en Honduras eleva su acción de gracias a Dios e invita con gran gozo a la Iglesia Universal a unirse con ella en las alabanzas a Dios Padre, que salva por la fe en su Hijo Jesucristo, constituido Señor de la Historia por el Espíritu Santo. A ello nos inspira y nos mueve la consideración de que nuestro territorio fuera escogido por Dios Providente para que, el 14 de agosto del año 1502, el humilde fray Alejandro celebrara la

[1] *Rm* 1, 7.
[2] *Gaudium et spes*, 1
[3] *Mt* 28, 20.

Primera Misa en un lugar elevado y poblado de árboles que hoy conocemos con el nombre de Bahía de Trujillo ».[4] Esta es una ocasión propicia para analizar la historia de la evangelización de esa tierra, que forma parte de la historia de vuestra Nación, lo cual ayudará a comprender la acción providencial del Señor y a mirar esperanzados hacia el futuro, a fortalecer la fe y a dar nuevo impulso a la vida eclesial en todos sus aspectos.

3. Como Pastores os preocupa seriamente la situación de persistente pobreza en Honduras, a pesar de poseer un territorio fértil, en el que no escasean los recursos materiales. Esto hace pensar en la necesidad de mejorar el orden social, promoviendo una mayor justicia y unas estructuras que favorezcan una más equitativa distribución de los bienes y, sobre todo, evitar que unos pocos ciudadanos detenten tantos recursos en detrimento de la gran mayoría. Cuando se producen fenómenos como éste, a la penuria económica se añade el aislamiento de los más pobres que, encerrados en su propio mundo, pierden la esperanza de una sociedad mejor. Por eso el País sufre cuando los campesinos se sienten marginados, las etnias indígenas olvidadas, y abandonados a su suerte los ciudadanos más necesitados de protección, como son los niños y los jóvenes.

Es urgente, pues, promover la justicia verdadera, ya que « no atender a dicha exigencia podría favorecer el surgir de una tentación de respuesta violenta por parte de las víctimas de la injusticia », es decir, « las poblaciones excluidas de la distribución equitativa de los bienes, destinados en origen a todos ».[5] Quiero recordar a este respecto lo que dije en la Exhortación apostólica postsinodal *Ecclesia in America:* « La Iglesia ha de estar atenta al clamor de los más necesitados. Escuchando su voz, la Iglesia debe vivir con los pobres y participar de sus dolores ».[6] A este respecto, se ha de promover la difusión del rico patrimonio de la Doctrina social de la Iglesia, con el cual los católicos pueden impulsar y favorecer iniciativas encaminadas a superar situaciones de pobreza y marginación que afectan a tantos. No se ha de olvidar que la preocupación por lo social forma parte de la misión evangelizadora de la Iglesia[7] y que « la promoción humana forma par-

[4] *V Centenario de la Primera Misa en el Continente Americano,* Tegucigalpa, 3-1-2001.

[5] *Sollicitudo rei socialis,* 10

[6] N. 58.

[7] Cf. *Sollicitudo rei socialis,* 41.

te de la evangelización, pues ésta tiende a la liberación integral de la persona ».[8]

Sin olvidar la contribución importante de la Iglesia en este campo, os invito una vez más, queridos Hermanos, a insistir en una opción preferencial por los pobres, no exclusiva ni excluyente, programando también actividades pastorales en las aldeas y zonas rurales. La gente pobre y marginada tiene derecho a sentir la cercanía especial de sus Pastores, recordando lo que dice el Salmista. « Dichoso el que cuida del débil y del pobre ».[9]

4. Un fenómeno no menos preocupante en nuestros días, y que también se percibe en Honduras, es una cierta desintegración familiar. Como ponéis de relieve en las Relaciones Quinquenales, hay numerosas familias que no viven según las normas cristianas. Cualesquiera que sean las circunstancias que llevan a esta situación problemática, no podemos permanecer inermes ante ella. A este respecto, en la encíclica *Evangelium vitae* escribí: « Si es cierto que el "futuro de la humanidad se fragua en la familia", se debe reconocer que las actuales condiciones sociales, económicas y culturales hacen con frecuencia más ardua y difícil la misión de la familia al servicio de la vida. Para que pueda realizar su vocación de "santuario de la vida", como célula de una sociedad que ama y acoge la vida, es necesario y urgente que la familia misma sea ayudada y apoyada. (...) Por su parte, la Iglesia debe promover incansablemente una pastoral familiar que ayude a cada familia a redescubrir y vivir con alegría y valor su misión en relación con el Evangelio de la vida ».[10] Además, cuando los hogares se destruyen, se producen otras situaciones dramáticas como la de las madres solteras o abandonadas, que tienen que luchar por el sustento y educación de los hijos, y el problema de los niños solos en la calle, hechos ante los cuales la Iglesia y la sociedad no pueden permanecer insensibles.

Por todo ello, hay que sensibilizar todos los ámbitos disponibles, incluidos los medios de comunicación social, para fortalecer el matrimonio y la familia, y hacer frente a ciertas campañas o modas que atentan solapadamente contra la institución familiar y contra la vida misma.

5. De cara al futuro de la humanidad es de capital importancia atender a la educación apropiada para los niños y jóvenes. La sociedad hondurena

[8] ***Discurso inaugural de la IV Conferencia General del Episcopado Latinoamericano,*** 12-X-1992, 13.

[9] ***Sal*** 41/40, 2.

[10] N. 94.

ha de tener en cuenta que la educación, la cual es un derecho fundamental de cada persona, está en la base del desarrollo de los individuos y de la sociedad misma. Como ya escribí en el Mensaje para la Jornada Mundial de la Paz de 1999: « ¿Cómo no preocuparse al ver que en algunas regiones más pobres del mundo las oportunidades de formación, especialmente por lo que se refiere a la instrucción primaria, están disminuyendo? (...). Cuando se limitan las oportunidades normativas (...), se predisponen estructuras de discriminación que pueden influir negativamente sobre el desarrollo integral de la sociedad ».[11] En el campo de la educación todos están interesados y hace falta un esfuerzo común. La contribución de la Iglesia en Honduras no puede limitarse a unos pocos colegios. A las escuelas católicas ha de añadirse el testimonio de los profesores y maestros cristianos, con el fin de asegurar una formación adecuada de las futuras generaciones.

6. La espiritualidad de comunión, que « encarna y manifiesta la esencia misma del misterio de la Iglesia»,[12] y es un «gran desafío que tenemos ante nosotros en el milenio que comienza»,[13] ha de aplicarse con premura en las Iglesias particulares, siendo responsabilidad de sus Pastores el promover la concordia entre todos y, de modo muy especial, la unión de los sacerdotes entre sí y en torno a su Obispo. Por eso os invito encarecidamente a prodigar vuestra atención a quienes son vuestros principales colaboradores, sin escatimar esfuerzos ni contentarse con una labor de gestión y organización del clero. Hace falta cercanía, trato personal asiduo, cordialidad y aliento en la misión confiada a cada uno, siguiendo el ejemplo del Buen Pastor que llama a sus ovejas «una por una».[14] En Honduras donde los sacerdotes tienen frecuentemente a su cuidado un gran número de feligreses, a veces distribuidos en regiones de difícil acceso, y donde un número relevante de ellos han dejado su tierra de origen para servir a las comunidades eclesiales hondurenas, los Obispos han de extremar su disponibilidad para acogerlos, « considerándolos sus hijos y sus amigos ».[15]

Estas consideraciones hacen resaltar lo acertado de la norma que prescribe la residencia personal del Obispo diocesano en su sede,[16] así como la urgencia de su estricto cumplimiento. De este modo, además, se dará ejem-

[11] N. 8.

[12] ***Novo millennio ineunte,*** 42.

[13] ***Ibid*** , 43.

[14] ***Jn*** 10, 3.

[15] ***Christus Dominus,*** 16.

[16] Cf ***C.I.C.,*** c. 395.

pio para que los párrocos y demás cooperadores en el ministerio pastoral se entreguen de todo corazón a la porción de fíeles que se les confían, tratando de que « florezca el sentido de comunidad parroquial, sobre todo en la celebración común de la misa dominical».[17]

7. Otro ámbito en el que el espíritu de comunión ha de dar frutos abundantes en cada Iglesia particular es el de la Vida consagrada. Los diversos Institutos y Sociedades son portadores de sus propios carismas y han de conservar fielmente su espíritu fundacional, pero teniendo en cuenta también que se trata de « una gracia que no concierne sólo a un Instituto, sino que incumbe y beneficia a toda la Iglesia ».[18] En vuestra patria, donde los consagrados y consagradas desempeñan un papel importante en las tareas evangelizadoras, es necesario que este tipo de vida « sea más estimada y promovida por Obispos, sacerdotes y comunidades cristianas »,[19] integrándose a la vez plenamente en la Iglesia particular a la que pertenece.[20] Por eso los Pastores, al coordinar los diversos esfuerzos e iniciativas, no solamente se han de proponer una mayor eficacia en la acción pastoral, sino un crecimiento más armónico de la comunidad eclesial, en la cual hay diversidad de carismas y ministerios, pero uno sólo es el Señor y « es el mismo Dios que obra en todos ».[21]

8. Si bien se constata con esperanza un ligero incremento en el número de seminaristas en Honduras, sigue siendo urgente un generoso esfuerzo en la promoción de las vocaciones al sacerdocio y a la vida de especial consagración. Para ello, además de rogar con insistencia al Señor que « envíe obreros a su mies »[22] y procurar que la vida ejemplar de sacerdotes y personas consagradas atraigan a las nuevas generaciones, es preciso intensificar una eficaz pastoral de las vocaciones.[23]

A la pastoral de las vocaciones le corresponde la apasionante tarea de suscitar inquietudes profundas en el corazón de los jóvenes y de prepararles a acoger con generosidad la invitación del Señor: « ven, y sigúeme ».[24] No se debe eludir esta propuesta de manera explícita y directa. Pero no se ha de

[17] ***Sacrosanctum Concilium,*** 42.
[18] ***Vita consecrata,*** 49.
[19] ***Ecclesia in America,*** 43.
[20] Cf *Ibid,*
[21] ***1 Co*** 12, 6.
[22] ***Mt*** 9, 38.
[23] Cf. ***Novo millennio ineunte,*** 46.
[24] ***Mt*** 19, 21.

olvidar que la primera respuesta a la vocación es sólo el comienzo de un camino. En efecto, cada vez se percibe mejor la importancia decisiva que tiene para la Iglesia un esmerado discernimiento de las vocaciones y una seria formación espiritual, humana, teológica y cultural de los candidatos al sacerdocio y a la vida consagrada. En ningún caso la escasez de vocaciones ha de llevar a un descuido en el examen de su idoneidad, la cual, dadas las circunstancias sociales y culturales de nuestro tiempo, ha de ser aún más exigente, si cabe, que en el pasado.

9. La participación de los laicos en la vida eclesial hondurena merece un reconocimiento especial. Estoy pensando en los numerosos agentes de pastoral y en los Delegados de la Palabra de Dios, escogidos y encargados para celebraciones apropiadas los domingos, en lugares en donde el sacerdote no puede hacerse presente para celebrar la Eucaristía. No se han de olvidar tampoco los diversos Movimientos eclesiales que con su carisma propio enriquecen la vida del Pueblo de Dios. Sin duda los servicios que los físeles laicos ofrecen a la Iglesia son muy valiosos. No obstante, se ha de evitar el error de pensar que pueden sustituir a los ministros ordenados cuando éstos faltan. A los mencionados agentes de pastoral se les ha de facilitar una sólida preparación teológica en la espiritualidad de la comunión, poniendo de relieve la diferencia entre el servicio eclesial de los fieles laicos y los ministerios propios y exclusivos del Orden sagrado.[25]

A los laicos comprometidos se les ha de invitar a que colaboren de manera activa y responsable en la catequesis para la primera Comunión y para la Confirmación, así como también en la preparación de los novios para el sacramento del Matrimonio. Es primordial que las parroquias ofrezcan una educación sistemática en la fe católica, que no se limite a una preparación superficial para recibir los sacramentos de la Iniciación cristiana. Todo fiel tiene derecho a recibir por parte de la Iglesia una formación profunda en la fe católica, apropiada a su edad y condición, para así crecer en la fe. Además, las carencias que se producen en este campo pueden ser una de las causas por las que muchos fieles se alejan y se pasan a las sectas.

10. Queridos Hermanos, como ya propuse en la Carta apostólica *Novo millennio ineunte,* caminemos de nuevo desde Cristo, contemplando siempre su rostro, haciéndonos testigos de su amor para remar mar adentro. En nuestro caminar esperanzado busquemos estar más y más con El, para ser

[25] Cf. ***Lumen gentium,*** 10; ***Christifideles laici,*** 22.

enviados de nuevo a anunciar su mensaje salvifico a todos nuestros hermanos y hermanas.

Sobre cada uno de vosotros imploro la constante protección de la Virgen de Suyapa, para que os acompañe en estos nuevos retos pastorales. Y también encomiendo a vuestros sacerdotes, a los consagrados y consagradas, así como a todos los hijos e hijas de Honduras, a la vez que os imparto de corazón mi Bendición Apostólica.

II

Ad episcopos Chaldaeos.*

Béatitude,
Chers Frères dans l'épiscopat et dans le sacerdoce,

1. Je suis heureux de vous accueillir aujourd'hui, vous les pasteurs de l'Eglise chaldéenne, venus de l'Irak, de l'Iran, du Liban, de l'Egypte, de la Syrie, de la Turquie et des Etats-Unis d'Amérique, avec votre Patriarche Sa Béatitude Raphaël Ier Bidawid, pour cette visite *ad limina apostolorum.* Il me plaît de vous saluer avec les mots qui ouvrent la deuxième épître de Pierre: «Simon-Pierre, serviteur et Apôtre de Jésus Christ, à ceux qui ont reçu par la justice de notre Dieu et Sauveur Jésus Christ une foi d'un aussi grand prix que la nôtre, à vous grâce et paix en abondance, par la connaissance de notre Seigneur! ».[1] Permettez-moi de remercier tout particulièrement ceux d'entre vous qui, après de longues années de service et de don d'eux-mêmes, ont remis leur charge episcopale à la disposition du Synode patriarcal. Avec saint Paul, je « rends g Dieu sans cesse à votre sujet, pour la grâce de Dieu qui vous a été accordée dans le Christ Jésus; car vous avez été comblés en lui de toutes les richesses, toutes celles de la parole et toutes celles de la science, à raison même de la fermeté qu'a prise en vous le témoignage du Christ ».[2]

2. En cette heure, nous nous souvenons que le sang d'innombrables martyrs rendit féconde votre antique et vénérable Eglise chaldéenne des premiers siècles de l'ère chrétienne. Elle brilla par ses grands poètes et par

* Die 11 Decembris 2001.
[1] ***2 P*** 1, 1-2
[2] ***1 Col,*** 4-6.

ses enseignants, par ses écoles de théologie et d'exégèse, comme celle de Nisibe. Ses ascètes et ses moines l'illustrèrent d'une tradition mystique d'une rare profondeur spirituelle: qu'il suffise de nommer saint Ephrem, Docteur de l'Eglise appelé la « harpe du Saint-Esprit », qui peut résumer à lui seul tout ce que l'Église en votre région a donné à l'Église universelle!

3. L'Église chaldéenne qui est en Irak traverse maintenant une période difficile et les causes de cette crise sont multiples, en son sein comme à l'extérieur. Mais n'est-ce pas précisément dans les temps de crise que nous devons, nous évêques, «entendre ce que l'Esprit dit aux Églises»? [3]

Anno 1860, die 18 mensis Iunii, ad sedem episcopalem Vicentinam translatus est, ubi usque ad mortem amplissimam explicavit operam pastoralem atque culturalem. Synodum dioecesanam celebravit, totius dioecesis visitationem pastoralem fecit; magnam et subtilissimam egit actionem apostolicam clero atque fidelibus quoad spiritum et culturam formandis, pueris christiana doctrina erudiendis, studiis ac disciplina in Seminario reformandis; compluribus sodalitatibus instituendis, statutis propositis ad spiritum et ad auxilium ferendum pertinentibus; pietatem fovit erga Sacrum Cor Iesu et erga Virginem Mariam. A mense Decembri anni 1869 ad mensem Iunium anni 1870 Concilio Vaticano I interfuit, ubi ex fautoribus fuit definitionis infallibilitatis pontificiae.

Constanter et paterne de suo Instituto sollicitus fuit, formationem spiritalem atque praeparationem professoriam curando Sororum, ut muneribus institutoriis et adiutabilibus responderent; multa opera fundata constituit, quae scite e lege communi abolitionis societatum religiosarum, die 7 mensis Iulii, anno 1866 lata, exemit.

Pastor fuit studiosus, vir mirae magnitudinis moralis, qui mediocritatem ignoravit et constanter ad sanctitatis culmina est gressus. Singulari ardore sacerdotali est sustentus in vita christiana excitanda, in institutione cate-

chetica puerorum curanda et, episcopus factus, in clericis sanctis formandis. Sacerdotem misericordem voluit, orantem et probum, sicut ipse vita sua testificabatur. Divinae Providentiae semper est confisus, et cum difficultatibus affligebatur, totum se Deo credebat. Solummodo Dei gloriam quaerebat; semper in operibus bonis occupatus, relaxationem sibi imminuebat; vel cibum necessarium neglegebat; cum omnibus totum se daret, nec commoda sibi nec tempus habebat. Eius iter spiritale linea est misericordiae, quae etiam ex eius homiliis apparet. Sacras Litteras dilexit, apostolus fuit Communionis crebrae; vixit coniunctus cum Deo, ab impensa navitate apostolica iuventutis, ad vitam continuae precationis annis maturitatis transgrediens.

Virtus, quae in eo maximam excitat admirationem, est caritas invicta, propter quam, cum est episcopus electus, definitus est « vir caritatis ». Quae caritas immensa fuit: pauperes, infelices, derelictos, dolentes omne genus benignitate curisque est prosecutus. In calamitatibus Pastor bonus fuit; episcopus, ipse se voluntarium obtulit ut spiritaliter et corporaliter aegrotis assideret, exemplo suos trahens sacerdotes. Mirabilem ostendit caritatem in personarum aegritudine, se patrem praebens, fratrem, amicum, in eos qui calumniis et accusationibus ac, interdum, aperta cum inoboedientia, eum crucifigebant.

Caritas eius intellegens erat, provida. Uti verus educator, partes scholae perspexit in reformatione societatis, necessitatem sociatae operae inter scholam et familiam, momentum praeparationis praeceptorum. Educationem consideravit intentam ad formationem integram personae humanae, ad actionem religiosam necnon ad caritatem fraternam. Eius dictum erat: « Vera scientia consistit in cordis educatione, id est in effecti vo timore Dei ». Curam adhibuit de formatione atque educatione mulieris, ut eam moraliter atque socialiter extolleret, utque vicissim fidei educatrix fieret atque bonorum christianorum.

A iuvene sacerdote aequabilitate eminuit atque prudentia, qua multa explevit et difficilia munera quae sunt ei concredita in campo ecclesiali, institutorio atque civili, necnon in suo Instituto regendo, in respondendo variis interrogationibus, in dioecesibus administrandis Tarvisina et Vicentina. Vir sincerus et rectus, in damnandis vexationibus et inoboedientiis fortis fuit, sed eodem tempore indulgens: « Pater erat — dicebant — sed pater fortis qui humane corrigebat ». Lenis etiam fuit et clemens, affabilis et promptus, magnanimus in venia danda, magnae aequabilitatis et constantiae etiam in difficilioribus condicionibus. Christi amore inductus est ad

perfecte vitam suam conformandam ad vitam eius: humilem, castam, pauperem et oboedientem. Quamvis opulentae esset familiae, ultro paupertatem elegit, omnia quae possidebat Instituto donando atque pauperibus. Papae oboediens usque ad incredibilem animi magnitudinem, tantundem obsequens fuit auctoritatibus constitutis; ipse autem oboedientiam exprimebat per amantem adhaesionem voluntati Dei.

Extremi vitae eius anni signati sunt apertis laudibus ob eius apostolicam industriam eiusque caritatem, sed etiam acerbis aegritudinibus et criminationibus, quas adversus renisus est silentio, interiore tranquillitate ac venia, fidelitate suae conscientiae atque perseverantia in bene faciendo, regulae supremae fidelis salutis animarum.

Post gravem morbum mense Octobri subitum anno 1886, eius vires gradatim imminutae sunt, usque ad apoplexiae accessionem qua mortuus est die 4 mensis Martii anno 1888. Sepultus est in coemeterio municipali Vicentino, unde decem post annis est sollemniter ad ecclesiam Instituti sui translatus. Ibi adhuc quiescit, a filiabus suis veneratus et a multis fidelibus.

Fama sanctitatis, gratiarum et caelestium beneficiorum, annis qui sunt mortem secuti, crevit non solum inter eius Sorores, verum etiam inter ecclesiasticos et civiles ambitus. Attamen beatificationis et canonizationis Causa nonnisi anno 1981 iniri potuit ab episcopo Vicentino per nominationem Commissionis Historicae, quam secuta est (annis 1990-1992) celebratio Inquisitionis dioecesanae, quae est a Congregatione de Causis Sanctorum probata decreto die 23 mensis Aprilis anno 1993 promulgato.

Positione confecta super vita et virtutibus, die 29 mensis Februarii anno 2000 habita est sessio Consultorum Historicorum. Die 12 mensis Decembris anno 2000 actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris et die 20 mensis Februarii anno 2001 Sessio Ordinaria est habita Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Excellentissimo Domino Aloisio Barbarito, Archiepiscopo titulari Florentinensi. Tum Consultores theologi, tum Cardinales et Episcopi, dubio an Servus Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas coluisset, asseveranter responderunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congre-

gationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Antonii Farina, Episcopi Vicentini, Fundatoris Instituti Sororum Magistrarum a Sancta Dorothea Filiarum a Sacris Cordibus, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Aprilis A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. & S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETUM

De Administratione Apostolica personali « Sancti Ioannis Mariae Vianney » condenda.

Animarum bonum suprema est lex ac finis Ecclesiae, quam Deus voluit ut homines in populi novi foederis unitate salvaret, in suo sanguine constituti; Christus Iesus namque vitam tradidit ut omnes homines congregaret in unam familiam (cfr *Io* 11, 52), cuius Ecclesia est «universis et singulis sacramentum visibile huius salutiferae unitatis » *(Lumen gentium* 9).

In plenam Ecclesiae catholicae communionem recipiens membra Unionis « Sancti Ioannis Mariae Vianney » Camposinae in Brasilia, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, suas per Litteras « Ecclesiae Unitas », die xxv mensis Decembris evulgatas, iure agnoscere voluit peculiaritatem Unionis « Sancti Ioannis Mariae Vianney », eandem in congruam iuridicam formam redigens

per Administrationis Apostolicae, personalem naturam habentis, constitutionem, cuius fines iidem erunt ac fines dioecesis Camposinae in Brasilia, ut membra composite in Ecclesiae corpus inserta, cooperari possint in Petri Successoris communione, ad Evangelium diffundendum.

I. De Summi Pontificis speciali mandato, per Congregationis pro Episcopis Decretum, Administratio Apostolica personalis « Sancti Ioannis Mariae Vianney » constituitur, quae dioecesim solum Camposinam in Brasilia complectitur, quaeque iure dioecesibus aequatur immediate Sanctae Sedi subiectis.

II. Administratio Apostolica personalis « Sancti Ioannis Mariae Vianney » normis iuris communis et hoc Decreto regitur necnon Congregationi pro Episcopis ceterisque Romanae Curiae Dicasteriis, pro cuiusque officio, subicitur.

III. Administrationi Apostolicae facultas confirmatur sacram Eucharistiam, alia sacramenta, Liturgiam Horarum ceterasque liturgicas actiones celebrandi secundum Ritum Romanum ac disciplinam liturgicam, utrumque recognitum et ordinatum ad sancti Pii V praescripta, una cum accommodationibus quas Successores usque ad beatum Ioannem xxin induxerunt.

IV. Administratio Apostolica personalis « Sancti Ioannis Mariae Vianney » pastorali curae Administratoris Apostolici committitur, sui veluti Ordinarii proprii, quem Romanus Pontifex ad iuris communis normas nominat.

V. Potestas est:

personalis, ita ut in personas exerceri possit quae Administrationis Apostolicae sunt participes;

ordinaria, sive in foro externo sive interno;

cumulativa, cum dioecesani Episcopi Camposini in Brasilia potestate, quandoquidem homines qui ad Administrationem Apostolicam pertinent sunt eodem tempore fideles Ecclesiae particularis Camposinae.

VI § 1. Presbyteri et diaconi qui hucusque ad Unionem pertinent « Sancti Ioannis Mariae Vianney », in Administratione Apostolica personali incardinantur. Administrationis Presbyterium constituunt presbyteri incardinati. Clerici omnibus ex rationibus ad clerum saecularem pertinent, ideo necessitudinem artae unitatis cum Presbyterio dioecesano Camposino colent.

§ 2. Clericorum incardinatio iuris universalis normis temperabitur.

VII § 1. Administrator Apostolicus, Sancta Sede comprobante, proprium Seminarium habere poterit, ut tirones ad presbyteratum instituantur, quos ad sacros Ordines provehere poterit.

§ 2. Administrator Apostolicus, Sancta Sede comprobante, in Administratione instituta vitae consecratae et societates vitae apostolicae constituere atque simul candidatos ad ea pertinentes ad ordines, secundum iuris communis normas, promovere poterit.

VIII § 1. Administrator Apostolicus ad iuris normam, atque Episcopo dioecesano Camposino rogato sententiam, erigere poterit paroecias personales, ut fidelibus Administrationis Apostolicae pastoralis praestetur cura.

§ 2. Presbyteri qui parochi nominantur iisdem iuribus officiisque fruuntur, quae ius commune praescribit, cumulative cum illis quae ad parochos territorii pertinent.

IX § 1. Fideles laici, qui ad hoc usque tempus ad Unionem «Sancti Ioannis Mariae Vianney» pertinent, participes fiunt novae circumscriptionis ecclesiasticae. Qui, agnoscentes se cohaerere cum peculiaritatibus Administrationis Apostolicae personalis, poscent ut ad eam pertineant, suam voluntatem scripto patefacere debent, atque ii in aptum album sunt referendi, quod apud Administrationis Apostolicae sedem servari debet.

§ 2. Eo in albo laici quoque inscribuntur, qui in praesentia ad Administrationem Apostolicam pertinent, iique qui in ea baptizantur.

X § 1. Administratio Apostolica personalis Consilium regiminis instituet, quod saltem sex sacerdotes constituent, cuius erit munia complere quae ius commune Consilio Presbyterali atque Collegio Consultorum tribuit, quorum Statuta ab Administratore Apostolico comprobabuntur. Consilium hoc haud exstinguetur Administrationis Apostolicae sede vacante.

§ 2. Administrator Apostolicus Consilium Pastorale Administrationis Apostolicae constituere potest.

XI. Administrator Apostolicus quinto quoque anno Romam petet visitationis causa *ad Limina Apostolorum* atque per Congregationem pro Episcopis ad Summum Pontificem de Administrationis Apostolicae personalis statu relationem exhibebit.

XII. Quod ad causas iudiciales in Administratione Apostolica attinet, competens Tribunal erit dioecesis Camposinae, nisi Administrator Apostolicus proprium Tribunal erigit, quo in casu, Apostolica Sede comprobante, ei Tribunal secundae instantiae stabiliter constituendum erit.

XIII. Administrationis sedes in urbe Camposina locabitur atque princeps erit templum Immaculati Cordis Dominae Nostrae Rosarii Fatimensis.

Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 18 Ianuarii 2002.

IOANNES B. card. RE, *Praefectus*

83 Franciscus Monterisi, *a Secretis.*

Loco **83** Sigilli

In Congr pro Episcopis tab., n. 1026/2001

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 22 Februarii 2002. — Cathedrali Ecclesiae Cuernavacensi, Exc.mum P.D. Florentium Olvera Ochoa, hactenus Episcopum Tabasquensem.

die 23 Februarii. — Suburbicariae Ecclesiae Portuensi-Sanctae Rufinae, R.D. Hyginum Reali, e clero archidioecesis Spoletanae-Nursinae, hactenus Vicarium generalem eiusdem archidioecesis.

die 25 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Quilmensi Exc.mum P.D. Ludovicum Theodoricum Stöckler, hactenus Episcopum Goyanensem.

die 1 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Apartadoënsi, Exc.mum P.D. Germanum García Isaza, C.M., hactenus Episcopum Caldensem.

die 16 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Monctonensi Exc.mum P.D. Andream Richard, C.S.C., hactenus Episcopum Bathurstensem in Canada.

die 19 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Legionensi Exc.mum P.D. Iulianum López Martín, hactenus Episcopum Civitatensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 11 Marzo 2002, S.E. il Signor MARCELO FERNANDEZ DE CORDOBA PONCE, **Ambasciatore dell'Ecuador presso la Santa Sede.**

Giovedì, 14 Marzo 2002, S.E. il Signor HYUN SEOP-SEO, **Ambasciatore di Corea presso la Santa Sede.**

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 28 Febbraio 2002, S.E. il Signor ALEKSANDER KWASNIEWSKI, **Presidente della Repubblica di Polonia.**

Lunedì, 11 Marzo 2002, l'On. DANIEL HAYS, **Presidente del Senato del Canada.**

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

5 marzo 2002. S.E. mons. Giuseppe Pinto, Arcivescovo tit. di Anglona, Nunzio Apostolico in Senegal, Mali, Capo Verde e Delegato Apostolico in Mauritania, *Nunzio Apostolico in Guinea-Bissau.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

27 novembre 2001. Gli Em.mi Signori Cardinali Ivan Dias; Claudio Hümmes; le LL.E. i mons. Robert Sarah, Arcivescovo em. di Conakry; Josip Bozanic, Arcivescovo di Zagreb; Francisco Javier Martínez Fernández, Vescovo di Cordoba; Francesco Lambiasi, Vescovo di Anagni-Alatri; i sig. prof. Cari Anderson; sig. Said A. Azer; sig. Tanios Chahwan; sen. prof. Carlo Corsi; sig.ra Maria Eugenia Diaz de Pfennich; sig. Vladimir Durikovic; sig.ra Crescencia Gabijan Cabilao; sig.ra Christiana Habsburg-Lothringen; sig.ra Priscilla Kuye; sig.na Yuk Fai Lai; prof. Pedro Moráis Vieira; sig. Allan Panozza; sig.ra Nicoletta Pisa; sig.na Antoinette Prudence; arch. José Maria Riera i Mas; sig.na Jacqueline Sfeir; sig.ra Catherine Soublin; prof. Alexei Youdine, *Membri del Pontificio Consiglio per i Laici «ad quinquennium».*

» » » I sig. dott. Marcello Bedeschi; prof.ssa Mary Ann Glendon; prof. Thomas Hongsoon Han; dott. Manfred Lütz; prof. Michal Sewerinski; prof. Nazario Vivero, *Membri del Pontificio Consiglio per i Laici « in aliud quinquennium».*

» » » S.E. mons. Mounged El-Hachem, Vescovo di Baalbek - Deir El-Ahmar dei Maroniti; sac, prof. Libero Gerosa; sac. Jean Mbarga; sac. prof. Luís Felipe Navarro; dott.ssa Paola Bignardi; dott.ssa Emanuela Di Nunzio; sig. Luis Fernando Figari; sig. Zbigniew Nosowski; sig. Jesús Pérez Saturnino; prof. David Schindler, *Consultori del Pontificio Consiglio per i Laici « ad quinquennium ».*

» » » Le LL.EE. i mons. Józef Michalik, Arcivescovo di Przemysl dei Latini; Lluís Martínez Sistach, Arcivescovo di Tarragona; Michel Dubost, Vescovo di Evry-Corbeil-Essonnes; mons. Luigi Giussani; mons. Patrick Valdrini; don Giovanni Fornero; p. Jesús Castellano Cervera; p. Gianfranco Ghirlanda, S.I.; sig. Kiko Arguello; prof. Giuseppe Dalla Torre del Tempio di Sanguinetto; prof. Giorgio Feliciani; dott.ssa Rosemary Goldie; dott. Jean Larnaud; sig.na Chiara Lubich; prof. Andrea Riccardi, *Consultori del Pontificio Consiglio per i Laici « in aliud quinquennium aut "ad tempus" ».*

31 gennaio 2002. Il dott. Joseph M. Cullell, *Revisore Internazionale presso la Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « ad triennium ».*

21 febbraio 2002. Gli Em.mi Signori Cardinali Nicolas de Jesús López Rodríguez e Roger Michael Mahony, *Membri del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Anthony Joseph Bevilacqua e S.E. mons. Raul Nicolau Gonsalves, *Membri del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti « in aliud quinquennium ».*

» » » I mons. Pierre Calimé e James E. Dillenburg, *Membri del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti « in aliud quinquennium ».*

26 » » S.E. il Marchese Don Giulio Sacchetti, *Consigliere Generale dello Stato della Città del Vaticano «ad triennium».*

» » » S.E. mons. Francesco Saverio Salerno, Vescovo tit. di Cerveteri; prof. avv. Gian Carlo Perone; prof. dott. Alberto Quadrio-Curzio; dott. ing. Francesco Rebecchini; dott. Francesco Silvano; sig. Virgil Dechant, *Consiglieri dello Stato della Città del Vaticano « ad triennium ».*

» » » I mons.ri Mario Sensi, Demetrio Salachas e Francesco Tasciotti; i p. Mykhaylo Havryliv, O.S.B.M.; Porfirio Pidrucnyyj, O.S.B.M.; Zbigniew Suchecki, O.F.M. Conv.; Luigi Borriello, O.C.D.; Germano Marani, S.I.; Adam Owczarski, O.SS.R.; don Giorgio Rossi, S.D.B.; dott. Gaetano Passarelli, *Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi « ad quinquennium ».*

1 marzo » Mons. Ryszard Selejdak, *Capo Ufficio nella Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

4 » » Mons. Michael Xavier Leo Arokiaraj, *Capo della Cancelleria del Tribunale della Rota Romana « ad quinquennium ».*

15 » » Mons. Krzysztof Nitkiewicz, *Sotto-Segretario della Congregazione per le Chiese Orientali «ad quinquennium».*

24 » » Mons. Pio Abresch ed il rev. Eduardo Baura, *Consultori della Congregazione per i Vescovi « in aliud quinquennium ».*

NECROLOGIO

22 dicembre 2001. Mons. Alexander Sye Cheong-Duk, Vescovo tit. di Buffada.
28 gennaio 2002. Mons. Frans Simons, Vescovo em. di Indore *(India).*
22 febbraio » Mons. Fiorino Tagliaferri, Vescovo em. di Viterbo *(Italia).*
26 » » Mons. Alois Wagner, Arcivescovo tit. di Siccenna.
28 » » Mons. Agostinho Kist, Vescovo em. di Diamantino *(Brasile).*
4 marzo » Mons. Pedro Grau y Aróla, Vescovo tit. di Pella.
8 » » Mons. Cornelius de Wit, Vescovo tit. di Respetta.

10	marzo	2002.	Mons. Sleiman Hajjar, Vescovo di Saint-Sauveur de Montréal dei Greco-Melkiti *(Canada).*
11	»	»	Card. Franjo Kuharic, del Titolo di San Girolamo dei Croati.
»	»	»	Mons. George J. Gottwald, Vescovo tit. di Cedamusa.
12	»	»	Card. Louis-Marie Bilie, del Titolo della SS. Trinità al Monte Pincio, Arcivescovo di Lyon *(Francia).*
16	»	»	Mons. Isaías Duarte Canoino, Arcivescovo di Cali *(Colombia).*
17	»	»	Mons. Simeon Oualli, Vescovo em. di Basse-Terre *(Guadalupe).*

An. et vol. XCIV 3 Maii 2002 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSISTORIA

Feria III, die XXVI Martii MMII, in Palatio Apostolico Vaticano vocatis praesentibusque patribus cardinalibus, sacris praesulibus et Romanae Curiae praelatis quibus intimari solet, fuit *Consistorium ordinarium publicum* ad novem Canonizationis causas perpendendas optionesque diaconorum ad ordinem presbyterorum audiendas.

Dicta hora sexta rev.mus Iosephus Saraiva Martins, Congregationis de Causis Sanctorum praefectus, brevem excursum habuit de vita et miraculis novem Beatorum et singulas causas apud Summum Pontificem peroravit.

Hisce auditis, Sanctissimus, nemine ex patribus iure suffragii praeditis contradicente, ex cathedra sententiam suam sic protulit:

Auctoritate Dei omnipotentis,
Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra,
decernimus ut
Beatus Alphonsus de Orozco,
Beatus Ignatius a Santhià,
Beatus Humilis a Bisignano,
Beata Paulina a Corde Iesu Agonizanti,
et Beata Benedicta Cambiagio Frassinello
die decima nona Maii anno bismillesimo secundo;
Beatus Pius a Pietrelcina
die decima sexta Iunii anno bismillesimo secundo;
Beatus Ioannes Didacus Cuauhtlatoatzin

die trigesima Iulii anno bismillesimo secundo;
Beatus Petrus a Sancto Ioseph de Betancur
die trigesima prima Iulii anno bismillesimo secundo;
et Beatus Iosephmaria Escrivá de Balaguer
die sexta Octobris anno bismillesimo secundo
in Sanctorum album referantur.

Deinde quinque patres cardinales ex ordine diaconorum per se vel per procuratorem, transitum ad ordinem presbyterorum petierunt: rev.mus Pius Laghi, hactenus protodiaconus, titulum S. Petri ad Vincula recepit; rev.mus Eduardus Cassidy titulum « pro hac vice » S. Mariae in via Lata; rev.mus Iosephus T. Sánchez titulum «pro hac vice» S. Pii V; rev.mus Vergilius Noè titulum Reginae Apostolorum; rev.mus Florentius Angelini titulum « pro hac vice » S. Spiritus in Saxia, et omnes Bullas a SS.mo acceperunt.

Rev.mum Aloisium Poggi, diaconum S. Mariae in Domnica, in officio protodiaconi Sanctae Romanae Ecclesiae SS.mus confirmavit.

Post preces et domni papae benedictionem, protonotarii apostolici participantes, de more rogati, instrumentum publicum de omnibus in Consistorio peractis se confecturos esse promiserunt et sic Consistorium absolutum est.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KUMASIENSIS

Kumasiensis intra Ganae fines conditur nova Provincia ecclesiastica, cuius Sedes principalis eodem nomine ad dignitatem archiepiscopalem et metropolitanam attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad totius dominici gregis curationem arcessiti, diligentiam continenter adhibemus assiduam, ut salutifera Domini beneficia quam amplissimam ubique terrarum multitudinem attingant. Ideo Nos aptare festinamus ecclesiastica instituta ad proposita haec commodius assequenda aptiusque

explenda. Quapropter his quorum interest rogatis sententiam, de consilio Congregationis pro Gentium Evangelizatione, Apostolica Nostra potestate suffulti, haec quae sequuntur decernimus et statuimus. Distractis dioecesibus Obuasiensi, Goasonensi, Sunyaniensi et Konongensi-Mamponganae a Sede metropolitana A Litore Aureo, omnibus ex iis dicionibus novam Provinciam Ecclesiasticam condimus *Kumasiensem* appellandam, cuius Sedes principalis Kumasiensis erit. Ipsa insuper ad archidioecesis metropolitanae gradum attollitur, cui dioeceses Obuasiensis, Goasonensis, Sunyaniensis et Konongensis-Mampongana ut suffraganeae posthac subiciantur. Kumasiensem Episcopum, in praesentia Venerabilem Fratrem Petrum Kwasi Sarpong, dignitate Archiepiscopi et gradu Metropolitae honestamus secundum sacrorum canonum praescripta. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Georgium Kocherry, Archiepiscopum titulo Othonensem, atque in Gana Apostolicum Nuntium, delegamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re demum ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die altero et vicesimo mensis Decembris, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr, pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 507.348

II

TANJUNGSELORENSIS

In Indonesia nova conditur dioecesis Tanjungselorensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aptius consulendum evangelizationis operi in Indonesia visum est ibidem novam constituere dioecesim. Quapropter Congregatio pro Gentium Evangelizatione, re mature perpensa auditisque pariter eorum quorum interest votis, admotam postulationem censuit esse accipiendam. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere Pastoris et Patris universi populi Dei, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A Samarindaënsi dioecesi separamus partem orientalis territorii ex eaque novam condimus dioecesim *Tanjungselorensem,* quam metropolitanae Sedi Pontianakensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus cuiusque limites iidem erunt ac fines districtuum civilium qui patrio sermone Bulungan et Berau nuncupantur. Praeterea iubemus Episcopi cathedram poni in urbis "Tanjung Selor" templo Sanctae Mariae Assumptae dicato, quod ad dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum Venerabilis Frater Laurentius Fratini, Archiepiscopus titulo Botrianensis atque in Indonesia Apostolicus Nuntius; qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis memoratae Congregationi mittenda. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo secundo mensis Decembris, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

ffi ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco 6B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 507 429

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Mariae Adeodatae Pisani Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me» *(Io* 14, 21). Ut quis vere discipulus Christi dici possit, non sufficit tantum ut Dei legem cognoscat, sed amet et observet eam oportet.

Venerabilis Serva Dei Maria Adeodata Pisani divinam legem non solum cognovit, verum etiam ad effectum propriae vitae eam perduxit, ita ut, evangélicas semitas percurrens, perfecta facta sit Christi discipula, maximam attingens consecrationem Deo summe dilecto.

Maria Adeodata Pisani a parentibus domino Pisani Mompalao, nobili viro Melitensi, et domina Vincentia Carraro ortum habuit Neapoli die XXVIII mensis Decembris anno MDCCCVI. Etsi parentes varias experti sunt difficultates, ipsa optimam humanam et christianam recepit institutionem sive ab avia sive in collegio Sanctae Mariae. Prae difficultatibus politicis annis MDCCCXX-MDCCCXXI Neapolim vexantibus, pater eius in Melitam, terram patriam, definitive redire debuit. Postea, annis nempe MDCCCXXV-MDCCCXXVIII discriminibus in deterius mentibus, Adeodata quoque et mater eius Melitam petierunt, ubi Dei Serva vitam perrexit absconditam et Deo deditam, statui matrimoniali saepe renuntians. Mundana fugiens, intensae orationi, eleemosynis et exercitiis pietatis se dedit; eucharisticam celebrationem cotidie participavit, intimam cum Christo Iesu amicitiam nutriens.

Docilis exstitit voluntati Divini Sponsi, qui ad vitam religiosam vocabat eam; ita die XVI mensis Iulii anno MDCCCXXVIII, divitiis tituloque nobilitatis vulgo « La Baronia di Frigenuini » relictis, monasterium ingressa est Monialium Benedictinarum Sancti Petri in urbe Mdina, novitiatum incepit, quo expleto religiosam emisit professionem. Deinde, die XXX mensis Iunii anno MCMXLVII, dotibus vitaeque exemplo perpensis, abbatissa monasterii electa est. Simplicem gessit vitam, proprio charismate Benedictino inspiratam; praesertim erga vitam communem et regularem observantiam fidelitatem fovit, quas secundum spiritum Benedictinum instaurandas contendit. Caritate eminuit erga Deum et proximos, non autem minus diligebat omnes suas sincere sorores religiosas et pauperes cotidie monasterium adeuntes. In propriis scriptis spirituales animi sensus ardensque desiderium sanctitatis et Christo Domino oboedientiae ostendit. In scripto cui titulus « Giardino Mistico

dell'anima amante di Gesù e di Maria» singularem suam mysticam cum Christo consuetudinem significavit. Ipsa enim, docilis et actioni divinae prompta, censebat propriam animam vel animam omnium christianorum spiritalem esse hortum id est « giardino mistico » in quo Christus, « divinus hortulanus », varios excolebat flores virtutum, Deo offerendos currente liturgico anno. Unde etiam liquet vitam Servae Dei Adeodatae constantem virtutum exercitationem fuisse, nempe humilitatis, pietatis, virginitatis, contemplationis, mortificationis, adorationis. Illa conspicitur praesertim uti praeclara stella matutina, quae, tamquam exemplum pro omnibus christianis, in caelo Ecclesiae Melitensis refulget. Isti christifideles adeunt illam ad auxilium impetrandum pro familiis in difficultatibus versantibus et pace carentibus.

Venerabilis Serva Dei Adeodata Pisani die xxv mensis Februarii anno MDCCCLXXXV migravit in caelum. Cum vero eiusdem fama sanctitatis longe lateque diffunderetur, die xvin mensis Iulii anno MDCCCXGII prima habita est sessio Processus Ordinarii canonizationis, quem secutus est Processus Apostolicus inter annos MDCCCXCII-MDCCCXCVI. Praeterea Processus super miro habitus est annis MCMIV-MCMVII. A Nobismet Ipsis die xxiv mensis Aprilis anno **MMI** eius heroicae virtutes recognitae sunt eodemque die Nobis coram decretum super miro prodiit. Deinde statuimus ut beatificationis ritus die ix mensis Maii hoc ipso anno, occasione Nostri itineris pastoralis, in Insula Melita perageretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« Nos, vota Fratris Nostri Iosephi Mercieca, Archiepiscopi Melitensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Georgius Preca, Ignatius Falzon et Maria Adeodata Pisani Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Georgii Preca die nona Maii, Ignatii Falzon die prima Iulii et Mariae Adeodatae Pisani die vicesima quinta Februarii in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae ideo his constituimus Litteris iubemus ut et in praesens et in posterum omne tempus suam sortiantur vim ac plene valeant, contrariis quibuslibet rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum in Insula Melita, die ix mensis Maii, anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis

£8 ANGELUS card. SODANO

Loco ffi Sigilli

In Secret, Status tab., n. 495,995

II

Caelitum Beatorum tribuuntur Venerabili Servo Dei Ignatio Choukrallah Maloyan sollemniter honores.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos» *(Act* 20, 28).

Ecclesiae creatus episcopus suam vitam pro sibi credito grege totam impendit Venerabilis Servus Dei Ignatius Choukrallah Maloyan, cui pastorali permotus caritate eidem illi populo serviit Beatique Pauli verba plenissime exegit: « Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris sed virtutis et dilectionis et sobrietatis» *(2 Tim* 1, 7). Ante persecutionis namque constituta pericula, nullam accepit condicionem, verum apostolica tuitus est fortitudine christifideles quos in discriminibus roboravit atque in martyrio ipso antecessit ad Iesu Christi exemplum, Pastoris nempe Boni, qui suis pro ovibus propriam profudit vitam. Ortus hic impavidus est hominum pastor die XV Aprilis mensis anno MDCCCLXIX in Turcarum urbe *Mardine* prope Mesopotamiam Armenis de humilioris status parentibus spectataeque pietatis catholicae. Sacro est fonte expiatus, indito Choukrallah nomine. Anno MDCCCLXXXIII a suo Archiepiscopo Melhon Nazarian, qui ipsius recte conspicatus pietatem erat atque vocationem, in Libanum est missus ad coenobium Dominae Nostrae de *Bzommar*, ubi philosophiae operam navavit ac theologiae suamque in litteris humanioribus perfecit eruditionem. Sacerdotio initiatus est in sollemnitate *Corporis Christi* die vi Augusti mensis anno MDCCCXCVI adscivitque nomen sibi Ignatii, cum sanctum illum Antiochiae episcopum imitari ac sectari cuperet christiano disseminando nuntio. Munus confestim praedicandi recepit necnon spiritalis alumnorum sacrorum moderationis. In Aegypto dein studiose apostolatui sese dedidit in urbibus Cairensi et Alexandrina, versans diligenter in praedicandi opere ac sacramenta, praesertim reconciliationis, dispensandi. Vetustus autem cum Antistes Mardinus officio sese abdicavisset, eius destinatus hic est Servus Dei legitimus successor Romaeque exin die xxn mensis Octobris anno MCMXI Synodi Armenorum tempore ordinatus. Dioecesim suam rite ingressus, protinus pastorale suum aggressus est magno cum fervore ministerium. Presbyteris spiritali pastoralique ratione instituendis totus vacavit, Dei nuntiando verbo, fidelibus ipsis invisendis. Scholas provexit atque templorum aedificationem.

Altam per coluit spiritus vitam christianasque virtutes, dum ita summam ad martyrii se comparavit probationem. Fuit namque solidae et profundae fidei vir quam vitae ipsum defendit usque ad sacrificium., Spem suam ac fiduciam uno reposuit in Domino divinae sese Providentiae committens. Caritatem erga Deum et homines factitavit suaque religiosa officia continenter explevit. Prudens eminuit, quotiens cum hominibus egit et iudicia tulit, dedit consilia. Ecclesiae firmiter tuitus est iura perinde ac fidelium suorum, cum omni in re et operam unicam extolleret Dei gloriam. Iamiam incipiente Armenorum insectatione, populum protexit et suo pastoris perstitit in munere. Litteris toti communitati dioecesanae mense Maio anno MCMXV inscriptis perquam libenter adseveravit se fidelitatem suam Deo et Ecclesiae etiam sanguinis effusione testificaturum. Die tertio subsequentis mensis Iunii, festivo *Corporis Christi* die comprehensus una est aliis cum tredecim presbyteris magnaque christianorum multitudine atque atrociter excruciato. Mortem cum imminere sibi iam perciperet, a sacerdote concaptivo absolutionem petivit. Concessum ipsi est ut fideles suos adloqueretur, quos ad fidenter amplexandam pro catholica fide mortem est cohortatus deindeque panem consecratum omnibus veluti viaticum est partitus. Cum religionem Islamicam immotus complecti recusaret, ne videlicet periret, die xi mensis Iunii anno MCMXV ipsum pie precantem glandibus plumbeis transverberaverunt.

Protinus eum fidei martyrem habuit Dei Populus; quae fama invaluit crevit ad nostros usque dies. Quocirca Patriarcha Ciliciae Armenorum anno MCMLXVI Causam incohavit beatificationis seu declarationis martyrii.

Legibus cunctis hac de re Ecclesiae exinde conservatis, nempe de Causis Sanctorum, die XXIV Aprilis mensis anno hoc ipso bismilesimo primo Nostro in conspectu Decretum prodiit super martyrio. Statuimus propterea ut Romae Beatificationis ritus die Dominico septimo mensis Octobris hoc anno persolveretur, hodie scilicet, cum coram infinita ferme pastorum sacrorum et christifidelium turma maxime Nos pronuntiare graviter iuvit formulam hanc Beatificationis:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Narsetis Petri XIX, Patriarchae Ciliciae Armenorum, Huberti Luthe, Episcopi Essendiensis, Ioachimi Illiano, Episcopi Nucerini Paganorum-Sarnensis, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitani, Silvii Caesaris Bonicelli, Episcopi Parmensis, et Renardi Lettmann, Episcopi Monasteriensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congrega-

tionis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica: facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ignatius Maloyan, Nicolaus Gross, Alfonsus Maria Fusco, Thomas Maria Fusco, Aemilia Tavernier Gamelin, Eugenia Picco et Maria Euthymia Üffíng Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Ignatii Maloyan sabbato proximo diei undecimae Iunii, Nicolai Gross die vicesima tertia Ianuarii, Alfonsi Mariae Fusco die septima Februarii, Thomae Mariae Fusco die vicesima quarta Februarii, Aemiliae Tavernier Gamelin die vicesima tertia Septembris, Eugeniae Picco die septima Septembris et Mariae Euthymiae Üffíng die nona Septembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Omnium statim primi Nos novum hunc caelitem Beatum venerari festinavimus eumque simul precari ut exemplo suo adiumentoque confirmaret christianam fidem profitentes. Has voluimus promulgari Litteras, quas suam vim tam nunc quam in posterum tempus exserere iubemus, quibuslibet rebus non obsistentibus.

Datum Romae, sub anulo Piscatoris, die **VII** mensis Octobris anno **MMI** Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
€8 ANGELUS card. **SODANO**

Loco 88 Sigilli
In Secret. Status tab.., n 504.348

HI

Venerabili Dei Servae Aemiliae Tavernier Gamelin Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Humilitas, simplicitas, caritas.., caritas potissimum » novissima sunt verba, quae die xxin mensis Septembris anno MDCCCLII moriens enuntiavit Aemilia Tavernier Gamelin. Quae verba summatim totam eius vitam complectuntur, quam ipsa uxor et religiosis votis adstricta pro indigentibus exegit.

Aemilia Tavernier (hoc est familiae nomen) Montis Regalis in urbe die XIX mensis Februarii anno MDCCC orta est ipsaque puella aerumnas separationemque experta est. Una erat ex undecim liberis, quorum novem ante-

quam aetatem adultam attingerent mortui sunt. Quattuor annos nata matrem amisit et quintodecimum agens annum patre orbata est. Domum relinquere coacta est et amitae est commissa, quae eam in collegium quoddam detulit. Tres et viginti annos nata Ioanni Baptistae Gamelin nupsit, viro scilicet iam seniori et severo. Trium liberorum post obitum, quos continuo generavit, vir quoque, quattuor tantum coniugii transactis annis, e vita excessit. Septem et viginti annos nata vidua facta est. Licet haec omnia tristia evenirent, Aemilia haud concidit animo. Sed contra totam se constanter pauperibus aliisque tradidit.

Si Aemiliae Gamelin vitam inspicimus, eiusdem videmus multimodis solidam Dei amoris per aliorum famulatum structuram. Adulescens quoque institit ut ei facultas daretur inserviendi pauperibus mensam quotidie instruendo, quam « Regis mensam » appellare solebat. Famulatum hunc iuvenis uxor ac postquam virum filiosque amisit exercuit. Aegrotos in eorum domibus invisebat, pupillos curabat, adulescentem, mente captum, adoptavit, vetulas mulieres et inhabiles hospitio recepit, quotidie alimenta et vestimenta pauperibus impertire solebat. Carcere detentos invisebat et solabatur, adulescentes feminas in opere inveniendo iuvabat; domum suam vendidit ac laxiora domicilia emit, ut homines deserti miserique susciperentur, qui plures in dies ad eam concurrebant. Cum Montis Regalis urbs amplificaretur, Episcopus Ignatius Bourget condere instituit feminarum congregationem religiosam, quae pauperum necessitatibus subveniret, quas Sorores Caritatis vocare voluit. Aptam ad hanc institutionem mulierem invenit Aemiliam. Feminarum manipulus in Aemiliae domicilium die xxv mensis Martii anno MDCCCXLIII, eius iuvandi causa, convenit atque eae novitiatum incohaverunt. Una cum Vicario generali Aemilia spiritalem institutionem curavit. Die xxix mensis Martii anno MDCCCXLIV una cum sex primis noviciis vota religiosa nuncupavit, quae continuo ab iis Antistita electa est. Si quidem pauperes sua sponte « Domum Providentiae » vocaverunt, iidem has religiosas mulieres « Sorores Providentiae » appellarunt. Laica Aemilia primos novae congregationis gressus sustinuit: nunc, Antistita facta, eandem confirmare et augere studuit. Una cum sororibus operam dedit ut esurientes, aptis vestimentis carentes, aegroti, inhabiles, captivi, opere carentes, mente capti, pupilli, presbyteri adversa valetudine affecti, missionarii, litterarum expertes, surdi iuvarentur. Nullus suscipiendorum hominum dari modus videbatur. Huic longo indici alius additus est manipulus illorum quos anno MDCCCXLVII typhus et anno MDCCCXLIX cholera morbus perçusse-

runt. Mater Aemilia eiusque sorores plene iis calamitatibus subvenerunt, etiam cum aliae congregationes sese subduxerunt. Hoc cum faceret opus, Aemilia cholera morbo quinquaginta et unum annos nata affecta est atque ad Dominum demigravit, postquam septem per annos novam suam familiam moderata est, quae « Providentia Pauperum », « Angelus carceris » dicebatur. Eius post mortem illud repertum est argenteum religiosae professionis anulum coniugii aureum anulum continere. Utrumque illa gestabat, quippe quae sui viri Ioannis Baptistae per matrimonii sacramentum vera esset uxor eaque eius trium liberorum mater. Per religiosam professionem vera pariter fuit Christi sponsa ac spiritalis amplae familiae mater, pauperes suscipiens et desertos. Mirum in modum coniugium et religiosa professio in hac spectabili femina coniuncta sunt.

Canonizationis Causa anno MCMLXXXI incohata est. Postquam « Positio super virtutibus » excussa est, decretum de virtutibus heroum in modum exercitis die xxin mensis Decembris anno MCMXCIII prodiit. Post mirae sanationis processum, quae in urbe Montis Regali in Canadia evenit, ac vestigationem Congregationis de Causis Sanctorum, die VIII mensis Decembris anno **MM** Nobis coram de miraculo Venerabili Aemiliae adscripto evulgatum est Decretum. Statuimus ut beatificationis ritus Romae die **VII** mensis Octobris anno **MMI** celebraretur.

Hodie igitur inter scerei hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Narsetis Petri XIX, Patriarchae Ciliciae Armenorum, Huberti Luthe, Episcopi Essendiensis, Ioachimi Illiano, Episcopi Nucerini Paganorum Sarnensis, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitani, Silvii Caesaris Bonicelli, Episcopi Parmensis, et Renardi Lettmann, Episcopi Monasteriensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ignatius Maloyan, Nicolaus Gross, Alfonsus Maria Fusco, Thomas Maria Fusco, Aemilia Tavernier Gamelin, Eugenia Picco et Maria Euthymia Üffíng Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Ignatii Maloyan sabbato proximo diei undecimae Iunii, Nicolai Gross die vicesima tertia Ianuarii, Alfonsi Mariae Fusco die septima Februarii, Thomae Mariae Fusco die vicesima quarta Februarii, Aemiliae Tavernier Gamelin die vicesima tertia Septembris, Eugeniae Picco die septima Septembris et Mariae Euthymiae Üffíng die nona Septembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Caritatis ac liberalitatis insignis haec mulier clara exhibuit exempla, quae sua opera luculenter in pauperes, aegrotos, captivos iuvandos contulit, ob oculos praestantioribus Evangelii usque monitionibus habitis. Exoptamus igitur ut huius caelitis testificationibus incitati homines qui nunc sunt idem patrare contendant.

Quod autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime efficientibus rebus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **VII** mensis Octobris, anno Domini **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. SODANO

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 504.776

IV

Venerabili Servo Dei Aloisio Tezza Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Promitto me cotidie in perfectione studiose progressurum, meque omni tempore et totis viribus animarum bono dicaturum ». His verbis continetur propositum quod vitam illuminavit et navitatem Venerabilis Servi Dei Aloisii Tezza, qui animo fide caritateque pleno vestigia secutus est Iesu, boni Samaritani hominum, sublimia attingens cacumina sanctitatis.

Ipse Coneliani natus est die i mensis Novembris anno MDCCCXLI e familia copiis affluente. Post obitum patris, qui medicus fuerat conducticius, mater adhibuit curam de eius institutione, atque anno MDCCCLVI filium quindecim annos natum comitata est in urbem *Veronam* ad noviciatum Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, duobus post diebus ipsamet ingressa est Monasterium Visitationis Patavii, ubi sanctitatis fama circumdata obiit anno MDCCCLXXX. Sub moderamine eximii magistri vitae spiritualis patris Aloisii Artini, anno MDCCCLVIII Servus Dei religiosam emisit professionem proposito facto: « Sanctus ero ». Sacerdotio auctus est die xxi mensis Maii anno MDCCCLXIV. « Scientia et virtute eminentissimus », propter mansuetudinem, quae leve ei reddebat onus disciplinae, munus assumpsit institutionis

postulantium, deinde tironum Seminarii Veronae, et ab anno MDCCCLXIX noviciorum Romae.

In Gallia xvni annos vitam degens, indefatigabili zelo aedificavit et aperuit ibi noviciatum aliasque domus religiosas. Plurima quoque instituit opera assistentiae ad plenam seniorum et aegrotantium curam. Anno MDCCCLXXXV erecta est Provincia eius Ordinis in Gallia ipseque nominatus est moderator provincialis. In Capitulo Generali anno MDCCCLXXXIX electus est Vicarius et Procurator generalis sui Ordinis quapropter Romam translatus est. Praehabita licentia Consultationis generalis et post provida colloquia cum beata Iosephina Vannini, quae tunc futura tempora sua conquirebat, die n mensis Februarii anno MDCCCXCII cum ipsa beata condidit Congregationem Filiarum Sancti Camilli. Novo Instituto indidit animum infirmis serviendi, sorores ad teneram et promptam caritatem exhortans. Dicere consueverat: « Priores agite partes in caritate, tollite omnem curam, tenerrimam vero in pauperes aegrotos ». Omnia prospere eveniebant, cum quasdam ob detractiones necesse fuit ut Servus Dei relinqueret moderamen ab ipso conditae Congregationis et Galliam repeteret. Anno **MCM** missus est Limam in Peruvia veluti Visitator communitatis Camillianae quae reformatione indigebat. Ibi mansit usque ad mortem, laetus de sancta Dei voluntate exsequenda, fructuosam explendo pastoralem navitatem. Patienter et suaviter operatus est reformationem communitatis Camillianae, promovit ministerium auxilii in aegrotos et monentes sive in domibus privatis, sive in valetudinariis et hospitiis urbanis: indefatigatum se praebuit in sacramento reconciliationis administrando, probatissimus habebatur moderator spiritus in Seminario dioecesis, in monasteriis et collegiis, magni aestimabatur a Nuntiis Apostolicis, sacerdotibus plurimisque laicis. Navitas eius humilis, prudens ac patiens, humanitate christianaque caritate ornata, instruit eum « bonum Samaritanum Peruviae et apostolum Limae », sicut plerumque appellabatur. Continuo operatus est pro Dei gloria arte coniunctus cum Domino, quem assidua precatione est contemplatus quemque sub Eucharistico mysterio adoravit. Vitam communem omnimodo fovit. Dona coluit Spiritus, bonitatem scilicet, suavitatem, amabilitatem erga omnes, etiam erga eos qui eum vexabant, humilitatem, patientiam, spiritum oblationis, magnanimitatem erga egentes et patientes. Obiit die xxvi mensis Septembris anno MCMXXIII, octoginta duo annos natus. Tunc populus exaltavit sanctitatem eius dicens: « Limae sanctus mortuus est ». Volventibus annis huiusmodi fama crevit, quam ob rem incohata est Causa beatificationis et canonizationis. Die xxiv

mensis Aprilis anno **MMI NOS** Ipsi declaravimus Servum Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas in gradu heroico exercuisse. Die **VII** mensis Iulii eodem anno coram Nobis promulgatum est Decretum super miraculo intercessioni Patris Aloisii Tezza tributo. Deinde statuimus ut beatificationis ritus die iv mensis Novembris, eodem anno, Romae peragererur.

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

In particolare, tra i diritti fondamentali dell'uomo, la Chiesa cattolica rivendica per ogni essere umano il diritto alla vita come diritto primario. Lo fa in nome della verità dell'uomo e a tutela della sua libertà, che non può sussistere se non nel rispetto della vita. La Chiesa afferma il diritto alla vita di ogni essere umano innocente ed in ogni momento della sua esistenza. La distinzione che talora viene suggerita in alcuni documenti internazionali tra « essere umano » e « persona umana », per poi riconoscere il diritto alla vita e all'integrità fìsica soltanto alla persona già nata, è una distinzione artificiale senza fondamento né scientifico né filosofico: ogni essere umano, fin dal suo concepimento e fino alla sua morte naturale, possiede l'inviolabile diritto alla vita e merita tutto il rispetto dovuto alla persona umana.[11]

7. Carissimi, in conclusione desidero incoraggiare la vostra riflessione sulla legge morale naturale e sul diritto naturale, con l'augurio che da questa possa scaturire un nuovo, sorgivo slancio di instaurazione del vero bene dell'uomo e di un ordine sociale giusto e pacifico. E sempre ritornando alle radici profonde della dignità umana e del suo vero bene, è poggiando sul fondamento di ciò che esiste di intramontabile ed essenziale nell'uomo, che si può avviare un dialogo fecondo con gli uomini di ogni cultura in vista di una società ispirata ai valori della giustizia e della fraternità.

[10] Cfr nn 19-20.

[11] Cfr ***Donum vitae,*** 1.

Ringraziandovi ancora per la vostra collaborazione, affido le attività della Pontificia Accademia per la Vita alla Madre di Gesù, Verbo fatto carne nel suo grembo verginale, perché vi accompagni nell'impegno che la Chiesa vi ha affidato per la difesa e la promozione del dono della vita e della dignità di ogni essere umano.

Con questo auspicio imparto a voi ed ai vostri cari la mia affettuosa Benedizione.

V

Ad sodales Pontificii Consilii de Communicationibus Socialibus.*

Your Eminences,
Brother Bishops,
Brothers and Sisters in Christ,

1. From the five continents you have come once more to Rome for the Plenary Meeting of the Pontificai Council for Social Communications. I thank Archbishop John Foley for his gracious words and for the leadership he has given as President of the Council, with the able coopération of Bishop Pierfranco Pastore. I wish to take this opportunity to thank the Council as a whole for the help you continue to offer me in my apostolic ministry. In today's world, how is the Successor of Peter to accomplish his mission of preaching the Gospel and strengthening his brothers and sisters in the faith if not also through the media of social communication? I am deeply conscious of this, and therefore most grateful to you and to groups like the Knights of Columbus who generously support your work.

2. I welcome the thème which you have chosen for this Plenary Meeting: "The Media and the New Evangelization: Current Activities and Plans for the Future". For it is essential that we see our engagement with the world of the media as a vital part of that new evangelization to which the Holy Spirit is now summoning the Church throughout the world. As I stressed in my Apostolic Letter *Novo millennio ineunte*, we must devise "a detailed pastoral plan... which will enable the proclamation of Christ to reach people, mould communities, and have a deep and incisive influence

* Die I° Martii 2002.

in bringing Gospel values to bear in society and culture".[1] It is not enough to wait for things to happen or to act in a random way: now is- the time for concrete and effective planning of the kind you are undertaking at this Plenary Meeting. The special challenge before you is to find ways to ensure that the voice of the Church is not marginalized or silenced in the modern arena of the media. You have a role to play in ensuring that the Gospel is not confined to a strictly private world. No! Jesus Christ must be proclaimed to the world; and therefore the Church must enter the great forum of the media with courage and confidence.

3. Not only must we use the media to communicate Christ to the world, but we must preach the Gospel to the world of the media itself. What I have said elsewhere of the Internet is true of the media as a whole: it is "a new 'forum' understood in the ancient Roman sense of... a crowded and bustling urban space, which both reflected the surrounding culture and created a culture of its own".[2] This media culture must itself be evangelized! And you are called to provide the Church with inspiration and ideas for that great work, drawing upon the highest standards of professionalism and the deepest resources of the Christian faith and Catholic tradition.

This is a task to which the Pontificai Council has given itself with great energy. Düring this Plenary Meeting, for instance, you will publish two important documents which have been in préparation for some years: "Ethics in the Internet" and "The Church and the Internet". These are signs not only of your professional creativity, but of your commitment to preach the Good News in the fast-moving world of social communications.

4. The Gospel lives always in conversation with culture, for the Eternai Word ne ver ceases to be présent to the Church and to humanity. If the Church holds back from culture, the Gospel itself falls silent. Therefore, we must be fearless in crossing the cultural threshold of the communications and information revolution now taking place. "Like the new frontiers of other times, this one too is full of the interplay of danger and promise, and not without the sense of adventure which marked other great periods of change".[3] For the Church, the adventure is to bring the truth of Christ to bear upon this new world, with ali its promise and ali its searching and

[1] No. 29.
[2] ***Message for World Communications Day 2002,*** 2.
[3] ***Ibid***

questioning. This will especially involve the promotion of a genuinely human ethic which can build communion rather than aliénation between individuáis,[4] and solidarity rather than enmity between peoples.

However, the fundamental question is this: "From this galaxy of sight and sound will the face of Christ emerge and the voice of Christ be heard?".[5] For in all our planning, we can never forget that Christ is the Good News! We have nothing to offer but Jesus, the one mediator between God and man.[6] To evangelize is simply to enable him to be seen and heard, for we know that if there is no room for Christ, there is no room for man.

Therefore, dear brothers and sisters, I urge you, in ali your planning, to make room for Christ. In the print media, in radio and television, in the world of cinema and the Internet, seek to open doors to him who so mercifully is the door of salvation for us. Then the mass media will be a world of genuine communication, a world not of illusion but of truth and joy. I pray fervently that this will be so, and I entrust your work to Mary, Mother of the Word made flesh. I gladly impart my Apostolic Blessing to ali involved in the work of the Pontificai Council, as a pledge of Christ's présence among you and his power upon ali that you do in his name.

NUNTIUS

Die Paschatis missus.*

1. *Venit Iesus ... et dixit eis: "Pax vobis!".* «Venne Gesù ... e disse loro: "Pace a voi!" ».[1]

Risuona oggi, in questo giorno solennissimo, l'augurio di Cristo: Pace a voi! Pace agli uomini e alle donne di tutto il mondo! Cristo è veramente risorto, e porta a tutti la pace! È questa la « buona notizia » della Pasqua.

Oggi è il giorno nuovo, «fatto dal Signore»,[2] che nel corpo glorioso del Risorto restituisce al mondo, ferito dal peccato, la sua prima bellezza, radiosa di nuovo splendore.

[4] Cf. ***Notio millennio ineunte,*** 43.
[5] ***Message for World Communications Day 2002,*** 6
[6] Cf. ***1 Tim*** 2: 5.

* Die 31 Martii 2002
[1] ***Gv*** 20, 19.
[2] ***Sal*** 117, 24.

2. *Mors et vita duello conflixere mirando.* « Morte e vita si sono affrontate in un prodigioso duello » (Sequenza).

Dopo la durissima battaglia, Cristo ritorna vincitore e avanza sulla scena della storia, annunciando la Buona Notizia: « Io sono la risurrezione e la vita »,[3] « Io sono la luce del mondo ».[4]

Il suo messaggio si riassume in una parola: « *Pax vobis* — Pace a voi! ».

La sua pace è il frutto della vittoria, da Lui conquistata a caro prezzo, sul peccato e sulla morte.

3. « Vi lascio la pace, vi do la mia pace.

Non come la dà il mondo io la do a voi ».[5]

La pace « alla maniera del mondo » — l'esperienza d'ogni tempo lo dimostra — è spesso un precario equilibrio di forze, che prima o poi tornano a contrapporsi.

La pace, dono di Cristo risorto, è profonda e completa, e può riconciliare l'uomo con Dio, con se stesso e con il creato.

Molte religioni proclamano che la pace è dono di Dio.

È stata questa l'esperienza anche del recente incontro di Assisi.

Possano tutti i credenti del mondo congiungere i loro sforzi per costruire un'umanità più giusta e fraterna; possano operare instancabilmente, perché le convinzioni religiose non siano mai causa di divisione e di odio, ma solo e sempre sorgente di fraternità, di concordia, di amore.

4. Comunità cristiane di ogni continente, chiedo a voi, con trepidazione e speranza, di testimoniare che Gesù è veramente risorto, e di operare perché la sua pace blocchi la drammatica spirale di soprusi ed uccisioni, che insanguinano la Terra Santa, sprofondata ancora una volta, in questi ultimi giorni, nell'orrore e nella disperazione.

Sembra che sia stata dichiarata guerra alla pace! Ma la guerra nulla risolve, arreca soltanto più vasta sofferenza e morte, né servono ritorsioni o rappresaglie.

La tragedia è davvero grande: nessuno può rimanere silenzioso e inerte, nessun responsabile politico o religioso! Alle denunce seguano atti concreti di solidarietà, che aiutino tutti a ritrovare il mutuo rispetto e il leale negoziato.

[3] ***Ov*** 11, 25
[4] ***Ov*** 9, 5.
[5] ***Ov*** 14, 27,

In quella Terra Cristo è morto e risorto e ha lasciato, come muta ma eloquente testimone, la tomba vuota.

Distruggendo in se stesso l'inimicizia, muro di separazione tra gli uomini, Egli ha riconciliato tutti per mezzo della Croce,[6] ed ora impegna noi, suoi discepoli, a rimuovere ogni causa di odio e di vendetta.

5. Quanti membri dell'umana famiglia sono oppressi ancora dalla miseria e dalla violenza! In quanti angoli della terra risuona il grido di chi implora aiuto, perché soffre e muore: dall'Afghanistan, provato duramente nei mesi scorsi ed ora colpito da un disastroso terremoto, a tanti altri Paesi del Pianeta, dove squilibri sociali ed ambizioni contrapposte colpiscono innumerevoli nostri fratelli e sorelle.

Uomini e donne del terzo millennio! Lasciate che vi ripeta: aprite il cuore a Cristo crocifisso e risorto, che viene offrendo la pace! Là dove entra Cristo risorto, entra con Lui la vera pace! Entri anzitutto in ogni cuore umano, abisso profondo, non facile da risanare.[7]

Pervada anche i rapporti tra ceti sociali, popoli, lingue e mentalità diverse, portando ovunque il fermento della solidarietà e dell'amore.

6. E Tu, Signore risorto, che hai vinto la tribolazione e la morte, dona a noi la tua pace! Sappiamo che essa si manifesterà pienamente alla fine, quando verrai nella gloria.

La pace, tuttavia, dove Tu sei presente, è già ora operante nel mondo. E questa la nostra certezza, fondata su Te, oggi risuscitato da morte, Agnello immolato per la nostra salvezza! Tu ci chiedi di tener viva nel mondo la fiaccola della speranza.

Con fede e con gioia la Chiesa canta, in questo giorno sfolgorante: « Surrexit Christus, spes mea! ».

Sì, Cristo è risorto, e con Lui è risorta la nostra speranza. Alleluia!

[6] Cfr ***Ef*** 2, 14-16.

[7] Cfr ***Ger*** 17, 9..

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

BRIXIENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Ludovici Pavoni sacerdotis et fundatoris Congregationis Filiorum Mariae Immaculatae (1784-1849)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Dei Servus Ludovicus Pavoni die 11 mensis Septembris anno 1784 Brixiae ortum habuit. Presbyteratus Ordine insignitus, in strenuum incubuit apostolatum, pauperibus potissimum inserviens. Anno 1821 Institutum Sancti Barnabae condidit ad humanam, christianam et professionalem formationem orphanis et iuvenibus derelictis tradendam. Sic enim exortae sunt Schola Typographica, Officina Libraria aliaeque structurae, eo fine ut iuvenes suum quisque discerent artificium. Postea Servus Dei consilium cepit aliis quoque ordinibus indigentium, exempli gratia ruricolis et surdis mutis, auxilium ferendi. Ad confirmandam continuationem et progressum suorum operum Congregationem instituit Filiorum Mariae Immaculatae, in qua anno 1847 ipsemet religiosa vota nuncupavit. Meritis ornatus famaque sanctitatis cumulatus, ad aeternum transiit praemium die 1 mensis Aprilis anno 1849.

Die 5 mensis Iunii anno 1947 Summus Pontifex Pius XII declaravit presbyterum Ludovicum Pavoni virtutes théologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum exercuisse.

Beatificationis respectu, Postulatio Causae examini Congregationis de Causis Sanctorum praesumptam subiecit miram sanationem Mariae Stevani puellae ex oppido *Soncino,* Cremonae, quae die 17 mensis Octobris anno 1909, sedecim annos nata, acuta febri, gravi aestuosaque stomatitide vexari coepta est aliisque perturbationibus, ileotypho tributis. Postea obnubilatio sensorii, biliaris vomitio ac febris continua prodierunt. Deterior et incessabilis condicio valetudinis medicos, quos inter erat ipse Mariae genitor,

perduxit ad prognosim brevi tempore infaustam edendam. Cum eius condicio valetudinis in extremis versaretur, divinum invocatum est praesidium per intercessionem Servi Dei, cuius reliquiae corpori puellae sunt applicatae. Tunc vomitio, qua constanter afficiebatur, statim cessavit, febris paulatim deminuit et status turbationis regressus est. Perfecte sanata, brevi tempore vires physicas recepit.

De hac sanatione Curia Cremonensis annis 1925-1926 Apostolicum instruxit Processum, cuius iuridicam validitatem approbavit Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 26 mensis Ianuarii anno 2001. Medicum Dicasterii Consilium, in sessione die 7 mensis Iunii anno 2001 habita, proclamavit sanationem instantaneam, perfectam, constantem et ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Die 26 mensis Octobris eiusdem anni Peculiaris habitus est Congressus Consultorum Theologorum et die 4 sequentis mensis Decembris Coetus Ordinarius Patrum Cardinalium et Episcoporum celebratus est, ponente Causae Exc.mo Laurentio Chiarinelli, Episcopo Viterbiensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Ludovici Pavoni, Sacerdotis et Fundatoris Congregationis Filiorum Mariae Immaculatae, videlicet de instantánea, perfecta et constanti sanatione Mariae Stevani a « salmoneilosi maggiore con complicazioni colecistiche e meningee ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IANUENSIS

Canonizationis Beatae Benedictae Cambiagio Frassinello fundatricis Congregationis Sororum Benedictinarum a Providentia (1791-1858)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beata Benedicta Cambiagio Frassinello nata est in oppido *Langasco* apud Ianuam die 2 mensis Octobris anno 1791. Transactis aliquot annis, post celebratum sacramentale conubium, Benedicta eiusque vir, ad rem deducendum firmum propositum vovendi se Deo, tirones facti sunt in duobus diversis religiosis institutis. Infirmitatis autem causa beata Benedicta reverti coacta est Papiam ibique vires suas impendit ad excipiendas instituendasque christiana ratione pauperculas atque derelictas puellulas. Postea in oppido *Ronco Scrivia* Congregationem fundavit Sororum Benedictinarum a Providentia. Tandem meritis imbuta et sanctitatis fama circumdata, de vita excessit die 21 mensis Martii anno 1858.

Eam Summus Pontifex Ioannes Paulus II Beatam declaravit die 10 mensis Maii anno 1987.

Canonizationem prospiciens, Postulator Causae Congregationi de Causis Sanctorum exhibuit miram, ut aiunt, sanationem examinandam presbyteri Georgii Parodi, clero Ianuensi adscripti, qui affectus fuit morbo, qui vulgo appellatur « adenocarcinoma a cellule chiare » in dextero rene, addita metastasi ossea cum prognosi infausta. Propterea die 11 mensis Maii anno 1990 nephroctomia radicalis dextera peracta est et sequenti mense Iunii altera chirurgica operatio oportuit perfici. Augescentibus novis et variis morbis curationes intensivae inefficaces evaserunt et aegroti condicio palam in peius versa est, etenim non solum cibum sumere non valebat sed etiam acuta febri vexabatur, corporisque pondus vix triginta chiliogrammata pensitabat, praeterea aegrotus psychologica depressione laborabat. Gravitate condicionis perpensa, ab ineunte mense Maio anno 1990 Sorores Benedictinae a Providentia coeperant rogare intencessionem Beatae Benedictae Cambiagio Frassinello ad obtinendam a Deo aegroti presbyteri sanationem, qui revera die 1 mensis Decembris eiusdem anni Missa cum litaret coepit recuperare valetudinem usque ad perfectam sanationem.

De qua mira sanatione apud Curiam Ianuensem anno 1999 dioecesana Inquisitio instituta est, cuius auctoritatem ac iuridicam fidem Congregatio

de Causis Sanctorum ratam habuit, decreto lato die 24 mensis Septembris eiusdem anni.

Consilium Medicorum huius Dicasterii, in sessione die 20 mensis Decembris anno 2000 habita, scite declaravit sanationem morbi tumoralis fuisse completam, diuturnam necnon scientiarum ratione inexplicabilem. Die 9 mensis Novembris anno 2001 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum est habitus, quem secuta est die 11 mensis Decembris eiusdem anni Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, ponente Causae Excellentissimo Domino Octorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Candinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beatae Benedictae Cambiagio Frassinello, Fundatricis Congregationis Sororum Benedictinarum a Providentia, videlicet de completa ac diuturna sanatione presbyteri Georgii Parodi ab « adenocarcinoma a cellule chiare del rene destro, con metastasi ossee diffuse e con frattura patologica dell'omero sinistro, in fase molto avanzata ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAI VA MARTINS
Praefectus

L. **S** S.

ES Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MEXICANA

Canonizationis Beati Ioannis Didaci Cuauhtlatoatzin viri laici (1474-1548)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Ioannes Didacus Cuauhtlatoatzin, e stirpe Indoamericanorum « Texcocos » appellatorum, natus est circiter annum 1474 in vico *Cuautitlan.* Una cum uxore, cum essent aetate adulta, sacramentum Baptismi suscepit. Mense Decembri anno 1531 Mater Dei Maria ei in colle « Tepeyac » nuncupato apparuit. Exinde rebus omnibus relictis factus est primus custos veteris aedis sacrae, quae in loco, ubi apparitio evenerat, ad honorem Beatae Mariae Virginis a Guadalupe est aedificata. Vixit sancte usque ad mortem, qua anno 1548 rebus humanis est ereptus.

Congregatio de Causis Sanctorum die 9 mensis Aprilis anno 1990 decretum promulgavit super vitae Servi Dei sanctitate et super cultu ab immemorabili tempore ei praestito. Die 6 mensis Maii eodem anno Ioannes Paulus II, Summus Pontifex, celebratione sacra sollemniter initium fecit cultus liturgici Beato exhibendi, in sacrario Dominae Nostrae a Guadalupe.

Causae Postulator, canonizationem affectans, examini Congregationis de Causis Sanctorum subiecit eventum, ut ferebatur, prodigialem, pertinentem ad Ioannem Iosephum Barragan Silva iuvenem, qui, die 3 mensis Maii anno 1990 e loco circiter 10 metra alto in crepidinem, quae infra erat, decidit. Caput vehementer in solum e lithocolla impingens, gravibus rupturis ossium capitis est affectus. Cum statim in nosocomium Mexicopolitanum esset receptus, gravis eius condicio fuit manifesta eo etiam quod accesserant profluvia sanguinis sub cerebri membrana necnon fístula « liquoralis ». Prognosis medicorum fuit infausta. Interea mater huius iuvenis, ut primum vidit filium de maeniano praecipitantem, beatum Ioannem Didacum invocavit idque facere etiam postmodum perrexit. Contra omnem humanam praesensionem, res in meliorem statum est peculiariter progressa: nulla apparuerunt vulnera in cerebro, neque in capitis nervis, neque contagiones meningicae, neque effectus ischaemici neque diuturnus sopor morbosus. Sanatio celeris tribuebatur deprecationi beati Ioannis Didaci, quam ob rem apud Curiam Archiepiscopalem Mexicanam, annis 1990-1994 instituta est Inquisitio dioecesana, cuius vis iuridica agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum, lato decreto die 11 mensis Novembris anno 1994.

Consilium Medicorum Dicasterii, in sessione die 26 mensis Februarii anno 1998 habita, declaravit sanationem fuisse celerrimam, integram et mansuram atque haec verba adiunxit: « Consideratis rationibus germanis lapsus, ut evenit, et absentia vulnerum, quae per se fuissent mortífera, perspecta fide testium, explicari nequit, ut videtur, hominem illum vitae superstitem fuisse sine exitu funesto secundum cognitionem medicam nunc vigentem». Die 11 mensis Maii anno 2001 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum ac die 21 mensis Septembris subsequente congregata Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Laurentio Chiarinelli, Episcopo Viterbiensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Ioannis Didaci Cuauhtlatoatzin, Viri laici, videlicet de celérrima, integra et mansura sanatione Ioannis Iosephi Barragan Silva, qui praecipitavit «da un'altezza di circa IO metri su terreno solido, con impatto di notevole violenza valutato in 2.000 kg., con fratture multiple delle ossa craniche, ematomi endocranici e pneumoencefalo ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. *m* S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

ROMANA et MATRITENSIS

Canonizationis Beati Iosephmariae Escrivá de Balaguer sacerdotis fundatoris societatis sacerdotalis sanctae Crucis et Operis Dei (1902-1975)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Iosephmaria Escrivá de Balaguer natus est *Barbastri* in Hispania die 9 mensis Ianuarii anno 1902. Sacrum Presbyteratus Ordinem anno 1925 Caesaraugustae recepit. Divina ductus impulsione die 2 mensis Octobris anno 1928 Opus Dei condidit, cunctis ita christifidelibus viam sternens ad sanctitatem in mundo prosequendam apostolatumque exercendum, in fideli nempe adimpletione laboris cuiusque professionalis omniumque dierum officiorum. Egregia sanctitatis fama praestans, pie e vita migravit Romae die 26 mensis Iunii anno 1975. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 17 mensis Maii anno 1992 in Petriana Area eum in Beatorum numerum rettulit.

Etiam post sollemnem beatificationem prodigiosae salutis restitutiones haud paucae Beati Iosephmariae intercessioni tributae sunt, quas inter sanatio rapidissima, completa et duratura doctoris Emmanuelis Nevado Rey, medici traumatologi annorum 60, a morbo quem Collegium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum his verbis descripsit: *cancerizatio radiodermitis chronicae gravis, quae in tertio stadio inveniebatur neque in pristinum restitui poterat, in manibus, per annos triginta progrediens.* Idem Collegium statuit morbi prognosim fuisse infaustam nullumque medicum remedium in casu fuisse adhibitum.

Qua super mira sanatione, quae mense Novembri anno 1992 in loco dicto *Almendralejo* (in Hispania) evenit, instructa est Inquisitio dioecesana apud Curiam archiepiscopalem Emeritensem Augustanam-Pacensem a die 12 mensis Maii anno 1994 usque ad diem 4 mensis Iulii eiusdem anni. Cuius Inquisitionis iuridica forma et vis agnitae sunt per decretum huius Congregationis die 26 mensis Aprilis anno 1996.

Servato iuris ordine, idem prodigialis eventus propositus est in primis examini Collegii Medicorum apud eandem Congregationem instituti. Cuius sodales congregati in coetu diei 10 mensis Iulii anno 1997 praeter naturae vires et modum praefatam sanationem contigisse unanimo consensu affirmaverunt. Deinde eadem sanatio disceptationi theologicae est subiecta die 9 mensis Ianuarii anno 1998 in Congressu Peculiari Consultorum Theologo-

rum. Postea de ipsa hac re actum est die 21 mensis Septembris anno 2001 in Sessione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Em.mo ac Rev.mo Cardinali Pio Laghi, in Palatio Apostolico coadunatorum. Et in utroque Coetu, dubio proposito num de miraculo constaret beati Iosephmariae Escrivá de Balaguer intercessione a Deo patrato, astantes omnes suffragium protulerunt affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque astantibus Beatissimus Pater declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente beato Iosephmaria Escrivá de Balaguer, Sacerdote, Fundatore Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis et Operis Dei, videlicet de rapidissima ac peracta stabilique sanatione doctoris Emmanuelis Nevado Rey a « cancerizzazione di radiodermite cronica grave al 3° stadio, in fase di irreversibilità».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

SIPONTINA-VESTANA

Canonizationis Beati Pii a Pietrelcina (in saec.: Francisci Forgione) sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum (1887-1968)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Pius a Pietrelcina (in saec.: Franciscus Forgione) die 25 mensis Maii anno 1887 natus est in pago vulgo dicto *Pietrelcina,* intra fines archidioecesis Beneventanae. Ordinem Fratrum Minorum Capuccinorum ingres-

sus, religiosam emisit professionem et anno 1910 presbyteratus Ordine est insignitus. In religiosa domo pagi Sancti Ioannis Rotundi, provinciae Fodiensis, suo in corpore signis Passionis Iesu Christi notatus est aliisque singularibus dotibus exornatus, quas in humilitate et oboedientia exercuit pro Dei gloria animarumque salute. Strenuum ac frugiferum explicavit apostolatum per ministerium sacramenti Reconciliationis, per Eucharisticam celebrationem perque animarum moderamen. Coetus Orationis condidit et valetudinarium dolentibus sublevandis, vulgo dictum «Casa Sollievo della Sofferenza ». Ingenti sanctitatis fama circumdatus et miraculis clarus, in Domini pace quievit die 23 mensis Septembris anno 1968. A Summo Pontifice Ioanne Paolo II inter Beatos caelites relatus est die 2 mensis Maii anno 1999.

Canonizationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum praesumptam submisit miram sanationem pueri Matthaei Pii Colella, qui mane diei 20 mensis Ianuarii anno 2000 febri est correptus, cui tremores accesserunt et debilitas corporis simul cum cephalaea et vomitione. Postmeridianis horis eiusdem diei puer receptus est in valetudinarium « Casa Sollievo della Sofferenza » pagi Sancti Ioannis Rotundi, cuius medici, praeter gravem valetudinis statum, in eo sensorii obnubilationem reppererunt nec non postulas per totum corpus diffusas, immo proclives ad necrosim et hyperpyrexiam. Diagnosis acutam meningitidem revelavit. Curis medicis non obstantibus, clinicae infirmi condiciones celeriter in peius ruerunt, ortae sunt enim hypotensio arteriosa, coagulano intravasalis diffusa, accretio creatininaemiaé et bilirubinaemiae. Nocte sequenti puer in redanimationis sedem est translatus, ubi intubationi subiectus est et exaequatae ventilationi, quoniam valetudo eius magis magisque in deterius mutabatur ob praesentiam dyspnoeae, acutioris bradycardiae, shock septici nigra vescentis et implicationis miocardicae. Unde prognosis infausta breviter quoad vitam est edita. Interea parentes Matthaei Pii aliaeque personae sanationem a Deo implorare coeperant per intercessionem beati Pii a Pietrelcina. Mane diei 21 mensis Ianuarii valetudo pueri celeriter se reiecit usque ad perfectam sanationem.

De huiusmodi sanatione, quae statim mira est existimata, eodem anno 2000 apud Curiam Sipontinam-Vestanam dioecesana instructa est Inquisitio, cuius vim iuridicam approbavit Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 12 mensis Ianuarii anno 2001. Consilium Medicorum huius Dicasterii in sessione habita die 22 mensis Novembris eiusdem anni agnovit sanationem celerem, perfectam, constantem, absque consectariis et ex seien-

tia inexplicabilem fuisse. Peculiari in Congressu Consultores Theologi se congregarunt die 11 mensis Decembris anno 2001, atque die 18 eiusdem mensis Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D.no Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino, facta est. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Pii a Pietrelcina (in saec.: Francisci Forgione), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, videlicet de celeri, perfetta et constanti sanatione pueri Matthaei Pii Colella a « sepsi meningococcica iperacuta con shock settico, gravissima ipotensione arteriosa, arresto cardiaco, ipossiemia protratta, distress respiratorio, coagulazione intravasale disseminata, insufficienza multiorgano ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ffi S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

TAURINENSIS

Canonizationis beati Ignatii a Santhià (in saec.: Laurentii Mauritii Belvisotti) sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum (1686-1770)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Beatus Ignatius a Santhià id est a Sancta Agatha (in saec.: Laurentius Mauritius Belvisotti) natus est in pago vulgo *Santhià*, provinciae Vercellensis, die 5 mensis Iunii anno 1686. Post receptam sacerdotalem Ordinationem ingressus est Ordinem Fratrum Minorum Capuccinorum, ubi diversa obiit officia, quae inter munus magistri noviciorum. Summo studio et quidem copioso cum fructu vires impendit in reconciliationis sacramentum administrandum, in fidelium animas moderandas, in caritatem infirmis et pauperibus praestandam. Firmata sanctitatis fama circumdatus, die 22 mensis Septembris anno 1770 ad caelestem transiit Patrem. Summus Pontifex Paulus VI die 17 mensis Aprilis anno 1966 ei Beatorum caelitum honores decrevit.

Ad promovendam canonizationem huius humilis filii Sancti Francisci Asisinatis, Causae Postulator iudicio Congregationis de Causis Sanctorum praesumptam miram subiecit sanationem, illius intercessioni adscriptam. Eventus respicit puerum Henricum Ugolini, qui anno 1985, undecim annos natus, leuchaemia myeloide acuta generis M2 est correptus. In valetudinaria deductus est urbium Vercellarum, Genuae et tandem Tergesti, ubi autotransplantationem medullae osseae pertulit; quam gravissimae subsecutae sunt implicationes, tales ut piastrinopenia, praesentia anticorporum antipiastrinicorum, haemorrhagia cerebralis et retinica. Curationibus autem medicis in irritum cedentibus infirmique valetudine in deterius mente, medici a curatione prognosim ediderunt in extremis reservatam. Interea aliquot amici familiae Henrici, ut hic a Deo sanationem assequeretur, invocare coeperunt intercessionem beati Ignatii a Santhià, cuius reliquia quaedam infirmo est applicata. Puer die 6 mensis Iunii anno 1986 ex improviso piastrinogenesim resumpsit, unde optata sanatio confirmabatur, de qua anno 1993 apud Curiam Vercellensem instructa est Inquisitio dioecesana, cuius vim iuridicam approbavit Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 3 mensis Iunii anno 1994.

Consilium Medicorum huius Dicasterii in sessione habita die 25 mensis Maii anno 2000 declaravit sanationem instantaneam, perfectam, constantem

et ex scientia inexplicabilem fuisse. Tam Peculiaris Congressus Consultorum Theologorum die 22 mensis Decembris eiusdem anni habitus, quam Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum celebrata die 21 mensis Septembris anno 2001, Causae Ponente Eminentissimo Cardinale D. Simone Lourdusamy, ad dubium num sanatio Henrici Ugolini divinitus evenerit, favens tulerunt suffragium.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque e more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Beati Ignatii a Santhià (in saec.: Laurentii Mauritii Belvisotti), Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, videlicet de instantánea, perfecta ac constanti sanatione pueri Henrici Ugolini a « leucemia mieloide acuta tipo M2 con gravi complicazioni ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

TUDELENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Petri Legaría Armendariz sacerdotis dioecesani fundatoris Congregationis Sororum Servarum Christi Regis (1878-1956)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

Presbyteri « ministri Christi esse non possent nisi alius vitae quam terrenae testes essent et dispensatores, sed neque hominibus inservire valerent, si ab eorum vita condicionibusque alieni remanerent » (Conc. Oecum. Vat. II, Decretum de presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* 3).

Boni Pastoris instar, qui intimam unionem cum Patre vixit et animam suam posuit pro ovibus (cf. *Io* 10, 11), Petrus Legaría Armendáriz, presbyter, interioris vitae gravitati animam contulit ac saluti animarum dedit operam, über expediens ministerium pastorale et novam instituens Congregationem religiosam, qua exercitia spiritualia in populum Dei foveret.

Insignis hic minister Ecclesiae natus est *Tudelae* in Navarra Hispaniae provincia die 2 mensis Iunii anno 1878. Cum patre orbatus esset vix octavum aetatis annum agens, in discriminibus rei familiaris et oeconomicae crevit. Acceptus est itaque in asylo orphanorum, ubi primam recepit Communionem. Vocatione ad sacerdotium percepta, Seminarium Tudelae ingressus est, unde quotidie, confectis lectionibus, asylum repetebat, ut cappellano adesset in orphanis curandis.

Iam inde ab annis iuventutis magni aestimatus est ob pietatis vitam, morum affabilitatem et sollicitudo illa, qua officia peragebat. Bonae famae, qua circumfusus erat, causa praefectus disciplinae factus est.

Die 20 mensis Decembris anno 1902, Ordinationem sacerdotalem recepit et magisterium dein in Seminario ei traditum est, ubi logicam, ius canonicum, Sacram Scripturam atque ethicam docuit, magnam sibi adipiscens laudem ex modo, quo munus magistri explebat. Per tempus hoc magisterii ad ferventem apostolicam actuositatem incubuit, in qua virtute fulsit concionatoris. Regens postea factus est paroeciae civitatis *Murchante,* cuius anno 1910 auctus est parochi officio, ab ipso per triginta sex annos exercito. Labor eius pastoris alta dereliquit in populo vestigia, cui contra neglegentiam fidei et praecipuam delectationem rerum mundi illius temporis summam pietatem et spiritualitatem inspiravit. Laborem impertiit congruentem christifidelibus institutionem christianam praestando et probatus exstitit confessor necnon prudens et peritus moderator spiritualis.

Profunda fide commotus, assidue in conspectu Dei vixit et spiritualitatem suam per orationem continuam ac pietatem erga Eucharistiam, Sacratissimum Cor Iesu, Beatam Virginem Mariam et Sanctum Ioseph aluit. Summa quadam confidentia in Christo fretus, non hominum instrumenta vel auxilia quaerebat, manibus Providentiae se fidenter permittens. Etiam in homiliis et confessionibus fideles ad inquirenda bona caelestia dirigebat. Sollicitus de plene consiliis divinis respondendo, omnem iniuriam in Deum, quem toto corde diligebat, vitabat. Pauperrimi omnium hi erant, quibus praedicationem et paternam suam sollicitudinem privilegio donabat.

In angustiis tempestatis illius, quae in Hispania electiones anni 1936 insecuta est, Servus Dei magnam praebuit fortitudinem et Verbum Domini

sine ulla perrexit proclamare dissimulatione. Verus vir Dei largus fuit caritate in omnes et iustam adversus errores severitatem cum amore errantium concilia vit.

In Exercitiis Spiritualibus Sancti Ignatii de Loyola instrumentum vidit praecipuum ad societatem ad Christi praecepta evangelizandam et convertendam. Igitur, post orationem, auditis virorum spiritualitate eminentium consiliis, Congregationem Sororum Servarum Christi Regis pro apostolatu Exercitiorum Spiritualium ex more Sancti Ignatii statuit fundare. Quam rationem suam tribus exposuit iuvenibus mulieribus, scilicet Mariae La Porta Martínez, Aureae Martínez Pardo et Angelae Simón Osés, quarum ipse moderator exstitit spiritualis. Cum his novi Instituti operam incepit in locis suae paroeciae; Episcopus dioecesanus concessit deinde, ut aedificium exstrueretur ad religiosas hospitio excipiendas, et approbavit normas Congregationis. Prima aedes Exercitiorum Spiritualium Tudelae aedificata est, ubi Sorores sodalicium vitae inceperunt. Novae vero aedes aliis in urbibus in Hispania sicut extra processerunt.

Servus Dei perfecte officia paroecialia cum muneribus erga Institutum conciliabat. Vertente anno 1942, paroeciam vici *Murchante* semel reliquit et in aedem Exercitiorum Tudelae secessit, sed mira humilitate ac prudentia in regimen Istituti se immiscere recusavit, ut haec a religiosis huic muneri praepositis efficerentur.

Iustitia emicuit et semper compos sui fuit, temperans in cibo atque in habitu, qui, licet parvi esset, tamen compositus et mundus. Etiam si parochus et fundator Congregationis magnas gessisset pecunias, contemptionem ostendit bonorum mundi. Numquam praeterea honores petivit neque sibi comparavit merita, cum se utpote instrumentum in manibus Domini haberet. Oboediens fuit et obsequens Superioribus, semper reverentiam et deditionem filialem in Romanum Pontificem praebens. Votum castitatis servavit moresque habuit benignos et pudentes erga mulieres.

In ultimis vitae annis, aegro morbo ad inertiam et inhabilitatem super sede cum rotis pro infirmis coactus, patienter infirmitatem suam toleravit, doloribus suis se passioni Christi socians. Antequam ultimum spiritum exhalaret, sacramenta recepit. Obiit in Domino Tudelae, die 30 mensis Septembris anno 1956.

Fama sanctitatis Servi Dei perspecta, Archiepiscopus Pampilonensis-Tudelensis Causam beatificationis et canonizationis inivit et annis 1981-1986 Processum Ordinarium Informativum dioecesanum celebravit, cuius

auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 17 mensis Maii anno 1991 probatae sunt. Confecta *Positione,* disceptatum est, ut ex norma, an Servus Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Die 13 mensis Novembris anno 2001, prospero cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est. Patres Cardinales porro et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 11 insequentis mensis Decembris, audita relatione Causae Ponentis, Excellentissimi Domini Andreae Mariae Erba, Episcopi Veliterni-Signini, professi sunt Servum Dei Petrum Legaría Armendáriz virtutes théologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinali Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Petri Legaria Armendáriz, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Congregationis Sororum Servarum Christi Regis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

83 IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

TUGUEGARAOANAE, BATANENSIS et BABUYANENSIS

De finium et nominis praelaturae Batanensis et Babuyanensis mutatione

DECRETUM

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP.DD. Iosephus P. Salazar, O.P., Episcopus Praelatus Batanensis et Babuyanensis, et Adeodatus A. Talamayan, Archiepiscopus Tuguegaraoanus, nuper ab Apostolica Sede postulaverunt, ut suarum Ecclesiarum fines immutarentur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P.D. Antonii Franco, Archiepiscopi titularis Gallesini et in Philippinis Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, oblatas preces benigne accipiendas esse censuit. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, ea quae sequuntur decernit:

1. A praelatura territoriali Batanensi et Babuyanensi separentur insulae Babuyanenses atque perpetuo uniantur archidioecesi Tuguegaraoanae;

2. Praelatura territorialis «Batanes and The Babuyan Islands» denominetur in posterum praelatura territorialis « Batanes »;

3. Praelatura territorialis Batanensis separetur a provincia ecclesiastica Tuguegaraoana et uniatur provinciae ecclesiaticae Novae Segobiae.

Proinde omnia acta et documenta praefatarum insularum Babuyanensium, clericos, fideles et bona temporalia respicentia a Curia Batanensi et Babuyanensi ad Curiam Tuguegaraoanam quam citius fieri poterit, tradantur. Ad clericorum incardinationem vero quod attinet necnon bonorum divisionem praescripta iuris serventur, prae oculis habitis quae a memoratis Episcopis unanimi consensu statuta sunt.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis Exc.mum P.D. Antonium Franco, Archiepiscopum titularem Gallesinum et in Philippinis Apos-

tolicum Nuntium deputat necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis transmittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 6 mensis Februarii, anno 2002.

IOANNES B. card. RE, *Praefectus*

& Franciscus Monterisi, *a Secretis.*

L. & S.

In Congr. pro Episcopis tab., n. 724/2000

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 21 Maii 2002. — Coadiutorem dioecesis Gonayvesensis, R.P. Ivonem-Mariam Péan, Congregationis a Sancta Cruce sodalem, hactenus rectorem sectionis philosophiae Seminarii maioris Portus Principis.

die 24 Maii. — Ordinariatui Militari in Magna Britannia, R.P. Thomam Matthaeum Burns, e Societate Mariae, hactenus Vicarium generalem eiusdem Ordinariatus Militaris.

die 29 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Citiensi, R.D. Ansgarium Odemarum Aparicio Céspedes, e clero archidioecesis Pacensis in Bolivia ibique rectorem Seminarii « Sancti Hieronymi », quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 31 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Covingtonensi, R.D. Rogerum Ioannem Foys, e clero dioecesis Steubenvicensis, ibique Vicarium generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Steubenvicensi, R.D. Robertum Danielem Conlon, e clero archidioecesis Cincinnatensis, ibique curionem paroeciae ss. Redemptoris in oppido vulgo New Bremen.

die 31 Maii 2002. — Cathedrali Ecclesiae Valdiviensi, R.D. Ignatium Ducasse Medina, e clero archidioecesis Sancti Iacobi in Chile ibique Seminarii maioris rectorem.

die 4 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Kildariensi et Leighliensi Exc.mum P.D. Iacobum Moriarty, hactenus Episcopum titularem Bononiensem et Auxiliarem archidioecesis Dublinensis.

die 7 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Catanensi, Exc.mum P.D. Salvatorem Gristina, hactenus Episcopum Iaciensem.

die 10 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Camagueyensi, Exc.mum P.D. Ioannem García Rodríguez, hactenus Episcopum titularem Gummitanum in Proconsulari et Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 15 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Ss.mae Assumptionis Exc.mum P.D. Eustachium Pastorem Cuquejo Verga, C.SS.R., hactenus Episcopum Castrensem in Republica Paraguaiana.

— Cathedrali Ecclesiae Tulcanensi R.D. Aloisium Antonium Sánchez Armijos, S.D.B., hactenus religionis professorem in Universitate Politechnica Salesiana Quitensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Benepotensi, R.D. Leopoldum Ermes Garin Bruzzone, Vicarium generalem Canalopolitanum, quem constituit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 18 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Nemptodurensi Exc.mum P.D. Gerardum Daucourt, hactenus Aurelianensem Episcopum.

— Cathedrali Ecclesiae Aturensi et Aquae Augustae R.D. Philippum Breton, e clero archidioecesis Parisiensis, paroeciae vulgo dictae « *Saint Honore d'Eylau* » curionem.

die 21 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Avenionensi R.D. Ioannem Petrum Cattenoz, hactenus Instituti vulgo dicti « Notre Dame de Vie, *Branche sacerdotale* » moderatorem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

4. À l'échelle planétaire, des choix collectifs sont à envisager et à metttre en œuvre à travers un processus qui favorise la participation responsable de tous les hommes, appelés à construire ensemble leur avenir. Dans cette perspective, la promotion de modes démocratiques de gouvernement permet d'intéresser l'ensemble de la population à la gestion de la *res publica,* « sur la base d'une conception correcte de la personne humaine »[1] et dans le respect des valeurs anthropologiques et spirituelles fondamentales. La solidarité sociale suppose de sortir de la simple recherche d'intérêts particuliers, qui doivent être évalués et harmonisés « en fonction d'une hiérarchie et des valeurs équilibrées et, en dernière analyse, d'une conception correcte de la dignité et des droits de la personne ».[2] Il convient donc de s'attacher à éduquer les jeunes générations à un esprit de solidarité et à une véritable culture de l'ouverture à l'universel et de l'attention à toutes les personnes, quelle que soit la race, la culture ou la religion.

5. Les responsables de la société civile sont fidèles à leur mission lorsqu'ils recherchent avant tout le bien commun, dans l'absolu respect de la dignité de l'être humain. L'importance des questions auxquelles nos sociétés sont confrontées et des enjeux pour l'avenir devrait stimuler une volonté commune de rechercher ce bien commun, pour une croissance harmonieuse et pacifiée des sociétés, ainsi que pour le bien-être de tous. J'invite les instances de régulation qui sont au service de la communauté humaine, tels les organismes inter-gouvernementaux ou internationaux, à accompagner, avec rigueur, justice et compréhension, les efforts des Nations, en vue du « bien commun universel ». C'est ainsi que seront peu à peu assurées les modalités d'une mondialisation non pas subie mais contrôlée.

En réalité, il revient à la sphère politique de réguler les marchés, de soumettre les lois du marché à celles de la solidarité, pour que les personnes et les sociétés ne soient pas ballottées au gré des changements économiques de tous ordres et soient protégées des secousses liées aux dérégulations des marchés. J'encourage donc une fois encore les acteurs de la vie sociale, politique et économique à approfondir les voies de la coopération, entre personnes, entreprises et nations, pour que la gestion de notre terre

[1] ***Centesimus annus,*** n 46.
[2] ***Centesimus annus,*** n. 47.

soit faite en vue des personnes et des peuples, et non du seul profit. Les hommes sont appelés à sortir de leurs égoïsmes et à se découvrir davantage solidaires. Puisse l'humanité d'aujourd'hui, dans sa marche vers plus d'unité, de solidarité et de paix, transmettre aux générations futures les biens de la création et l'espérance en un avenir meilleur!

En vous renouvelant l'assurance de mon estime et mes remerciements pour le service que vous rendez à l'Eglise et à l'humanité, j'invoque sur vous l'assistance du Seigneur Ressuscité et, de grand cœur, je vous accorde la Bénédiction apostolique, ainsi qu'à vos familles et à toutes les personnes qui vous sont chères.

V

Ad episcopos Boliviae.*

Queridos Hermanos en el episcopado:

1. Me es grato recibiros hoy, con ocasión de la visita ad limina, que, tras un largo recorrido, os ha traído a Roma para renovar vuestro compromiso pastoral ante las tumbas de los santos apóstoles Pedro y Pablo, y fortalecer los vínculos con esta Sede de Pedro y sus Sucesores, en los que reside « el principio y fundamento, perpetuo y visible, de la unidad de la fe y de la comunión ».[1]

Agradezco cordialmente al Señor Cardenal Julio Terrazas, Arzobispo de Santa Cruz y Presidente de la Conferencia Episcopal Boliviana, las amables palabras que me ha dirigido, expresándome con ellas vuestro afecto y adhesión, y haciéndome partícipe al mismo tiempo de las esperanzas e inquietudes propias de vuestra generosa entrega al ministerio pastoral.

Al encontrarme con sus Pastores, pienso con especial afecto en el querido pueblo boliviano, su grey, que ha tenido la gracia de acoger el mensaje de Cristo desde los primeros momentos de la Evangelización del Continente americano y que ahora se encuentra ante el apasionante desafío de transmitirlo, íntegro y fecundo, a las generaciones de un nuevo milenio.

2. En este sentido, me complace constatar cómo el Gran Jubileo del año 2000 ha marcado también profundamente la vida eclesial boliviana, con di-

* Die 13 Aprilis 2002.

[1] ***Lumen gentium,*** 18.

versas celebraciones diocesanas y nacionales que han contado con numerosa participación y han significado un especial impulso para el crecimiento de la vida cristiana. En esta ocasión, también la Iglesia boliviana « se ha convertido, más que nunca, en pueblo peregrino, guiado por Aquél que es "el gran Pastor de las ovejas" ».[2] Por eso reitero a todos los Pastores, sacerdotes, religiosos y religiosas, catequistas y demás agentes de pastoral, lo que ya dije el año pasado a los sacerdotes: « hoy deseo agradecer a cada uno de vosotros todo lo que habéis hecho durante el Año Jubilar para que el pueblo confiado a vuestro cuidado experimentara de modo más intenso la presencia salvadora del Señor resucitado ».[3]

La rica experiencia de un momento tan significativo para la historia de la Iglesia y la humanidad no ha de quedarse en meros recuerdos, sino que ha de ser escuela y aliciente para un nuevo dinamismo evangelizador, pues « en la causa del Reino, no hay tiempo para mirar para atrás, y menos aún para dejarse llevar por la pereza ».[4] No faltan en vuestras comunidades eclesiales retos importantes a los que debéis hacer frente. Deseo alentaros de corazón en este cometido, tantas veces sembrado de dificultades en apariencia insolubles, recordando que Jesús mismo envió a los suyos a predicar sin llevar nada consigo[5] y que Pedro, tras fiarse plenamente de la palabra del Maestro, obtuvo una pesca tan abundante como insospechada.[6]

3. Si bien no faltan indicios que alimentan la esperanza de un incremento de las vocaciones sacerdotales y religiosas, sé bien que éste es unos de los aspectos que más os apremian en el afán de hacer más incisivo el anuncio del Evangelio, más completa y organizada la atención pastoral al Pueblo de Dios, más rica y floreciente la búsqueda de la santidad en todas las comunidades eclesiales. Por eso se ha de insistir incansablemente en la oración al « Dueño de la mies »[7] para que siga bendiciendo a Bolivia con el precioso don de las vocaciones al sacerdocio y a la vida consagrada en sus diversas formas. El anuncio de Cristo ha de hacerse eco también de su invitación a seguirle en el camino específico de la vida sacerdotal o de especial consagración, y suscitar la experiencia de aquellos discípulos que « oyeron

[2] ***Hb*** 13, 20; ***Novo millennio ineunte,*** 1.
[3] ***Carta a los sacerdotes para el Jueves Santo de 2001,*** 3.
[4] ***Novo millennio ineunte,*** 15
[5] Cf. ***Mt*** 10, 9-10.
[6] Cf. ***Lc*** 5, 6,
[7] Cf. ***Mt*** 9, 38.

hablar así y siguieron a Jesús».[8] A ello se orienta la pastoral de las vocaciones, una de las grandes urgencias de nuestro tiempo, que ha de ser « amplia y capilar, que llegue a las parroquias, a los centros educativos y familias ».[9] Nadie puede sentirse eximido de esta responsabilidad que « pertenece a todo el Pueblo de Dios ».[10]

Como Pastores, conocéis bien lo delicado de esta labor que, si por un lado requiere la audacia de hacerse mediadores de la llamada del Maestro a través de una propuesta directa y personal, exige también un paciente acompañamiento espiritual y la indomable esperanza propia del sembrador, que continúa su tarea aun sabiendo lo incierto de la cosecha.

4. Ha de ponerse, además, un especial cuidado en la formación de los candidatos al sacerdocio y la vida consagrada, pues la penuria de los llamados a proclamar y dar testimonio del Evangelio nunca justifica que no se exija la debida idoneidad para esta crucial misión de la Iglesia. Por eso, se les debe brindar una sólida preparación teológica y una profunda espiritualidad, con el fin de que comprendan y acepten con gozo las exigencias del ministerio y la consagración, dando prueba de que son capaces de « gastar » toda la vida por Cristo[11] y de poner los propios talentos al servicio de la Iglesia, lo cual da pleno sentido a la existencia personal y la colma en todos sus aspectos.

Os invito, pues, a seguir infundiendo aliento a vuestros seminaristas y sacerdotes, sin tener miedo a presentar y exigir enteramente los requisitos que la Iglesia, inspirada en el modelo del Buen Pastor, pide para sus ministros ordenados. Pienso en la necesaria fraternidad sacerdotal, sin forma alguna de animadversión, prejuicio o discriminación; en la indispensable obediencia y comunión, sin reticencias, con el propio Obispo, al que deben prestar con gozo y generosidad su entera disponibilidad; en el aprecio sincero y efectivo del celibato y en el desapego ante los bienes materiales.[12] Vuestra caridad pastoral sabrá encontrar el modo de que dichas exigencias, más que como simples y penosas renuncias, sean aceptadas y vividas con el corazón henchido de gozo de quien, « al encontrar una perla de gran valor, va, vende todo lo que tiene y la compra ».[13] También sabéis lo decisivo que puede resultar en muchos casos el trato individual, afable y paternal del

[8] ***Jn*** 1, 37.
[9] ***Novo millennio ineunte,*** 46.
[10] ***Ecclesia in America,*** 40.
[11] Cf. ***2 Co*** 12, 15
[12] Cf. ***Presbyterorum Ordinis,*** 14-17.
[13] ***Mt*** 13, 46.

Obispo con sus sacerdotes, interesándose también por los pormenores de la vida cotidiana que inciden en su ánimo personal y pastoral. Este es precisamente uno de los ámbitos privilegiados para desarrollar el « espíritu de comunión » que ha de caracterizar la Iglesia del tercer milenio.[14]

5. No se ha de olvidar un aspecto tan importante para la mayoría de vuestras diócesis como es la presencia de numerosas personas consagradas, a las que agradezco muy cordialmente su contribución al servicio del Reino de Dios en Bolivia. Lo hacen en múltiples campos, según el carisma del propio Instituto, desde el apostolado directo en parroquias y misiones, a las obras educativas, sanitarias, o de asistencia social y caritativa. No solamente merecen el reconocimiento de los Pastores, sino el aliento continuo para sostener e incrementar su generosidad y entrega, en plena sintonía con las directrices de cada Iglesia particular. Esto les ayudará, además, a tomar una conciencia cada vez más viva de que su aportación a la vida de la comunidad eclesial no se limita a la eficacia material de sus servicios, sino que la enriquecen sobre todo por su testimonio, personal y comunitario, del Evangelio de las bienaventuranzas, por la presencia del propio carisma, que recuerda a todos la inconmensurable acción del Espíritu, y por ese importantísimo cometido de contribuir de una manera muy peculiar a que las comunidades lleguen a ser «auténticas escuelas de oración».[15]

6. También es un signo de vitalidad en muchas de las Iglesias particulares que presidís la presencia de numerosos laicos comprometidos, que « realizan, según su condición, la misión de todo el pueblo cristiano en la Iglesia y en el mundo ».[16] Su papel adquiere una especial importancia en aquellos lugares donde resulta aún imposible contar con la presencia permanente de sacerdotes que presidan la comunidad. Su disponibilidad para promover la catequesis o animar encuentros de oración comunitaria y de lectura de la Palabra de Dios, merece el sincero reconocimiento de los Pastores que, a su vez, deberán esforzarse en dotarles de una formación teológica, litúrgica y espiritual, adecuada a los cometidos que les son asignados.

A este respecto, sin embargo, se debe procurar que el interés y dedicación a los servicios eclesiales no lleve, en ciertos casos, « a una práctica dejación de sus responsabilidades específicas en el mundo profesional, social,

[14] Cf. ***Novo millennio ineunte,*** 43.

[15] *Ibid.,* 33,

[16] ***Lumen gentium,*** 31.

económico, cultural y político ».[17] En efecto, esta vocación específica de los laicos tiene una importancia decisiva en la sociedad actual, en la que, como sucede también en Bolivia, se producen rápidas y profundas transformaciones que requieren el respeto de los principios éticos y la iluminación de los valores evangélicos para que las realidades temporales se ordenen según Dios.[18] Por eso, en la formación específica de los laicos no se deben escatimar medios, porque ellos son los llamados en primer lugar a concretar y hacer efectiva la doctrina social dé la Iglesia.

Es importante, pues, que cada Obispo ponga un especial empeño en cumplir, también en este campo, su responsabilidad de « reunir y formar a toda la familia de su grey, de tal manera que todos, conscientes de sus deberes, vivan y actúen en comunión de amor ».[19] Las diversas formas de asociación son un cauce adecuado para realizar este cometido entre los laicos y, por eso, han de ser atendidas, promovidas y saludadas como una verdadera « primavera del Espíritu » para la Iglesia.[20] Como Pastores, sabéis de sobra el bien inestimable que las diversas asociaciones laicales, cuando siguen los « criterios de eclesialidad »,[21] pueden aportar tanto a la santificación de sus miembros como a la acción evangelizadora de la Iglesia.

7. Como en otras partes de Latinoamérica, en Bolivia sentís también preocupación por el avance proselitista de las sectas, que frecuentemente aprovechan las mismas raíces religiosas sembradas por la Iglesia en las gentes para apartarlas de quien las sembró. Es un fenómeno doloroso que a veces hace revivir la experiencia de Jesús cuando decía: « Si digo la verdad, ¿por qué no me creéis? ».[22] Sin embargo, la firmeza de la fe y la plena confianza en la fuerza de la verdad misma para ganar los corazones es un precioso recurso para inspirar apropiadas acciones pastorales. Una de ellas es precisamente proclamar incesantemente el mensaje de Cristo de manera comprensible para todos, con « estilo llano, como conviene a la bondad de Dios »[23] y, al mismo tiempo, mostrando todo su vigor y atractivo. Hemos de aprender siempre de Jesús que, con su forma de actuar y su enseñanza, causaba el asombro de las gentes.[24]

[17] ***Christifideles laici,*** 2.
[18] Cf. ***Lumen gentium,*** 31.
[19] ***Christus Dominus,*** 16.
[20] Cf. ***Novo millennio ineunte,*** 33.
[21] Cf. ***Christifideles laici,*** 30.
[22] ***Jn*** 8, 46.
[23] S. Cipriano, ***A Donato,*** 2.
[24] Cf. ***Lc*** 4, 32.

No faltan en la rica tradición boliviana medios expresivos adecuados, capaces de encauzar una vivencia profunda de fe, ni formas de piedad popular bien arraigadas que llegan al corazón del pueblo. La sencillez de éstas manifestaciones no se ha de confundir con la superficialidad de la fe. Ésta sí que ha de ser motivo de grave preocupación, sobre todo cuando se debe a una escasa atención personal a los fieles, según su propia condición, o a un retraimiento de la acción evangelizadora ante las expectativas más profundas de quien ansia oír en lo más íntimo de su ser aquellas palabras de Jesús: « Hoy ha llegado la salvación a esta casa ».[25] En efecto, la experiencia demuestra que las sectas no prosperan donde la Iglesia vive intensamente la vida espiritual y se entrega al servicio de la caridad.

8. Queridos Hermanos, os ha tocado ejercer vuestro ministerio pastoral en unos momentos difíciles para el País, a causa de una situación social delicada, con diversos conflictos y brotes de violencia. Habéis aceptado ser parte de las iniciativas pacificadoras, con el único fin de favorecer el acercamiento y el diálogo entre las partes en conflicto.

En efecto, ésta es sólo una forma temporal de ejercer una labor más amplia, que integra la acción evangelizadora y lleva a la promoción de la justicia y de la solidaridad fraterna entre todos los ciudadanos. Con vosotros hago un llamado a todos los creyentes bolivianos a que, fundándose en la fe que profesan y en la esperanza en Cristo que los anima, se hagan paladines de una sociedad ajena a todo partidismo egoísta, a cualquier forma de violencia o a la falta de respeto de los derechos de la persona humana, especialmente el derecho a la vida.

9. Al terminar este encuentro, invoco sobre vosotros y vuestros diocesanos la maternal protección de Nuestra Señora de Copacabana, pidiéndole que vele por todos los bolivianos. Llevad el saludo y el afecto del Papa a los hog las comunidades y parroquias, animándolos a ser difusores de los grandes ideales del Evangelio. Repito hoy cuanto dije en el Aeropuerto de Santa Cruz al terminar mi Viaje pastoral a vuestra patria en 1988: « A todos os llevo en mi corazón y de todos guardaré un recuerdo imborrable ».[26]

Con tales sentimientos os imparto de corazón la Bendición Apostólica, que complacido extiendo a todos los hijos e hijas de Bolivia.

[25] *Lc* 19, 9.
[26] ***Discurso,*** 14-5-1988, 2.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

BOGOTENSIS seu GIRARDOTENSIS

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Aloisii Variara sacerdotis professi societatis S. Francisci Salesii fundatoris Instituti Sororum Filiarum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae (1875-1923)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Aloisius Variara natus est in oppido *Viarigi* apud urbem Hastam *(Asti)* die 15 mensis Ianuarii anno 1875.

Societatis Sancti Francisci Salesii adscriptus, religiosam professionem anno 1891 emisit. In Columbiam missus est ubi libenter suscepit munus ei commissum a Superioribus subveniendi leprosis in valetudinario, quod vulgo appellatur *lazzaretto,* apud pagum *Agua de Dios.* Anno 1898 presbyter est ordinatus. Mira deinde caritate promptaque sacrificii voluntate se vovit presbyterali ministerio caritatisque operibus potissimum erga infirmos lepra affectus et inopes. Congregationem Sororum Filiarum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae condidit, quae excipiebat quoque ut sodales adulescentulas mulieres lepra affectas. Servus Dei innumeris laboravit tribulationibus et infirmitatibus. Hinc inde translatus est donec pie animam Deo reddidit Cucutae in pago Columbiae die 1 mensis Februarii anno 1923.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 2 mensis Aprilis anno 1993 declaravit Servum Dei Aloisium Variara heroum in modum virtutes théologales, cardinales iisdemque conexas exercuisse.

Postulator Causae nuper Congregationi de Causis Sanctorum exhibuit miram, ut aiunt, sanationem examinandam Sororis Hedvigis Roso e Congregatione Filiarum Mariae Auxiliatricis. Quae religiosa mulier, mense Septembri anno 1989 in valetudinarium recepta est urbis Augustae Taurinorum, ubi sequenti die 4 mensis Octobris chirurgicam subiit operationem un-

de carcinoma ovaricum apparuit late diffusum et disseminatum per omnia fere viscera, scilicet peritoneum, uterum et ovaria. Medicus chirurgus valuit tantum aliquot biopticas essectiones probativas facere, cum impossibile evasisset neoplasiam auferre. Tum morbus in dies ingravescere coepit, sed infirma neque chemioterapica cura frui valebat neque carcinomatis exstirpationem pati poterat, ita ut medici prognosim infaustam ediderant. Interea ipsa religiosa mulier infirma cum suis religiosis sororibus coeperat invocare magna cum fiducia et perseverantia intercessionem Servi Dei Aloisii Variara ad impetrandum a Deo sanationis donum. Itaque nihil proficientibus curis medicis, Soror Hedvigis die 15 mensis Novembris anno 1989 e valetudinario dimissa est. Sequenti mane, cum a somno excitata est, persensit se sanitate frui, omnibus fugatis morbis, quibus antea laboraverat ob metastasim abdominalem et thoracicam.

De qua subita ac mira sanatione apud Curiam Taurinensem annis 1998-1999 dioecesana Inquisitio celebrata est, cuius auctoritatem ac iuridicam fidem Congregatio de Causis Sanctorum ratam habuit per decretum die 18 mensis Februarii anno 2000 editum.

Consilium Medicorum huius Dicasterii, in sessione die 20 mensis Ianuarii anno 2001, scite declaravit sanationem morbi subitam, completam, diuturnam necnon scientifica ratione inexplicabilem fuisse. Die 29 mensis Novembris eodem anno actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum atque die 11 mensis Decembris subsecuti habita est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Domino Aloisio Barbarito, Archiepiscopo tit. Florentinensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Aloisii Variara, Sacerdotis professi Societatis S. Francisci Salesii, Fundatoris Instituti Sororum Filiarum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae, scilicet de subita, completa ac diuturna sanatione Sororis Hedvigis Ro-*

so a « carcinoma sieroso papillifero dell'ovaio, scarsamente differenziato, con diffusa disseminazione metastatica nel piccolo bacino, nel peritoneo, nell'intestino, in altre strutture addominali e nella pleura: stadio IV ».

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

BONONIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Brunonis Marchesini Clerici (1915-1938)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Clerici, qui a Domino vocati et in partem Eius sepositi, sub vigilantia Pastorum ad officia ministrorum se praeparant, mentes et corda sua tam praeclarae electioni conformare tenentur, in oratione assidui, amore ferventes, quaecumque sunt vera, iusta et bonae famae cogitantes, omnia in gloriam et honorem Dei perficientes » (Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 41).

Bruno Marchesini clericus ut fidelis evaderet Christi discipulus et Ecclesiae minister sanctimonia illustris, magna cum diligentia, perseverantia et laetitia dona Dei suamque institutionem sacerdotalem, sine mora in via ad sanctitatem progrediens, excoluit.

Hic iuvenis amicus Domini, natus est die 8 mensis Augusti anno 1915 in vico *Bagno di Piano* vulgariter appellato, qui pars est seorsum posita municipii *Sala Bolognese,* intra fines archidioecesis Bononiensis. Parentes Iulius Marchesini et Anna Elisabeth Pagnoni, humiles opifices, religionis studio ardentes, eum educarunt secundum leges divinas atque exemplo suo ei duces fuerunt ad viam probitatis ferendam. Bruno accurate aderat celebrationibus liturgicis in ecclesia paroeciali, ministrans ad altare et, cum opus esset, praeiens communem recitationem marialis Rosarii aliarumque precationum, quas memoriae mandaverat. Tanto autem studio ardebat ut

parochus Dominicus Dal Monte eum amice « meum curionem minorem » (seu cappellanum) appellaverit. Die 17 mensis Iunii anno 1923 ad sacram synaxim primum accessit et sacramentum confirmationis suscepit; quo tempore admodum proclivem se sensit ad sacerdotium capessendum.

Praeditus acri ingenio, bona voluntate et se devovendi studio, scholam litterariam uberi cum fructuum copia absolvit. Deinde in Seminarium dioecesanum Bononiense est ingressus (1927-1932), ubi pietate, bonitate, accurata disciplinae observatione atque progressu in studiis enituit. Perfectiorem etiam in modum se gessit in Pontificio Seminario Romano minore (1932-1934) atque in Pontificio Seminario Romano maiore (1934-1938). Anno 1937 tonsura est insignitus et anno subsequenti ad ostiariatum et lectoratum promotus. Cum cuncta officia sua impleret, quam ob rem existimationem moderatorum et condiscipulorum promeruit, omnibus viribus est annisus ut Christum imitaretur. Haec fuit sententiola eius propria: « Aut sacerdos ero sanctus aut moriar ». Quapropter omni studio operam dedit ut peccatum ac mediocritatem fugeret et ad alta fastigia perfectionis evangelicae eniteretur die ex die virtutum gradus scandendo. Eius infantia et adulescentia, eius cogitationes et actiones, eius spes et aspera, quae toleravit, fide collustrabantur. Voluntati Dei vita sua adhaesit, quod bonum est patravit, permulta dona desuper accepta, affatim adauxit sapienter idque egit ut Deo gloriam afferret et efficacius animabus inserviret. Aluit coniunctionem cum Domino Deo per liturgiam, pietatem in Eucharistiam et Beatam Virginem Mariam, Sacras Scripturas, orationem, meditationem, studia. Bis in hebdomada fructuose sacramentum paenitentiae suscepit, usus est mortificatione Deumque rogavit ut crucem ipse adamaret et sic semper similior fieret Christo, magistro suo ac domino. Amavit Deum super omnia, totum ei se dedens, et in recessu vitae in Seminario actae eum adoravit, laudavit eique corde puro et indiviso servivit. Nocte Nativitatis Domini, anno 1937, caritate incensus, moderatore spirituali Petro Carolo Landucci, sacerdote, permittente, votum privatum perfectae et perpetuae castitatis nuncupavit, gratiam implorans, qua Iesum « nullo imposito modo et sine mensura » amaret et martyrium pro eius nomine obiret. Obsequenti animo diligebat sanctam matrem Ecclesiam, venerabatur Summum Pontificem, Archiepiscopum suum Ioannem Baptistam Cardinalem Nasalli Rocca di Corneliano, episcopos, sacerdotes. Condiscipulos secum in Seminario versantes prosequebatur amanti studio fraternitatis, bonitatis, sollicitudinis, patientiae, ad usum deducens hortamentum S. Pauli: « Gaudere cum gaudentibus, fiere cum flentibus » *(Rom*

12, 15). Diversis sese accommodabat ingeniis, nullam anteponebat personam, abscondebat intellegentiam, qua condiscipulos superabat, erat comis, urbanus, humilis erga omnes et pacem laetitiamque circumfundebat. Sodalium participabat colloquia, ludos, excursiones, iocos, sed numquam a caritate et moderatione animi sui discessit neque umquam se passus est averti a lumine praesentiae divinae. Naturam suam alacrem moderabatur, temperantiam et paupertatem colebat, iustum sese praebebat erga Deum et proximum, obtemperabat parentibus, parocho, magistris, moderatoribus. Patienter tulit difficultates atque incommoda et quo facilius metam contingeret, regi voluit a superioribus suis, quibus animum simpliciter ac serene patefaciebat. Inde a prioribus annis in Seminario actis hoc sibi proposuit: « Oportet sim veluti creta fictilis atque flexibilis in manibus superiorum meorum, qui me efficere volunt imaginem, quantum fieri potest, simillimam Iesu ». In colloquiis serendis, in consiliis capiendis, in actionibus suis exhibuit semper aequilibritatem et prudentiam, gloriam Dei spectans et sanctificationem animae suae. Mense Maio, anno 1938, iterum cor suum obtulit Matri Dei, quae in Seminario Romano maiore veneratione colitur sub titulo "Virginis Mariae a Fiducia" atque suavi precatiuncula invocatur: « Mater mea, fiducia mea ».

Valetudo autem Servi Dei, usque ad tempus illud firma, inde a prioribus diebus eiusdem mensis febri continua afficiebatur, cuius origo fuit incerta. Omnis curatio ad irritum cecidit. Extremo vitae spatio, quod Bononiae transegit, iudicium medicorum est edictum, secundum quod inflammatione meningae laboraret. Iuvenis, sanctimonia insignis, se prorsus ad voluntatem Dei conformavit. Ad summum doloris enisus est animo praef orti atque sereno, solacium reportans e precatione continua. Postremis diebus ita Dominum est affatus: « Offero Tibi cruciatus meos, unde bonum proveniat familiae meae, paroeciae meae, superioribus meis meisque sodalibus ea mente ut probi sacerdotes evadant, peccatores convertantur. Si autem dolor meus non satis gravis est, ut dignus inveniar, qui hasce res a Te petam, auge eum multipliciter, sed robur mihi largire, ut ob amorem Sacratissimi Cordis Tui eum perferam ». Usque ad exitum vitae hanc oblationem Deo adhibere perrexit. Deus eum humanis rebus exemit illucescente die 29 mensis Iulii anno 1938.

Fama sanctitatis, qua Famulus Dei in vita fruebatur, post eius mortem amplius est propagata, qua de causa Archiepiscopus Bononiensis initium fecit Causae beatificationis et canonizationis et celebravit Processum Ordina-

rium Informativum (1955-1964), quem subsecutus est Processus Rogatorialis Romae institutus (1957-1958), atque Inquisitio in supplementum addita (1986-1988). Vis iuridica Processuum agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum, decreto die 1 mensis Iunii anno 1990 lato. Positione praeparata, disceptatum est, secundum normas, utrum Servus Dei virtutibus in gradu heroico operam dedisset. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum felici cum exitu actus est die 26 mensis Octobris anno 2001. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 20 mensis Novembris subsecuti, habita, post auditam relationem Ponentis Causam, Exc.mi Salvatoris Boccaccio, Episcopi Frusinatensis-Verulani-Ferentini, agnoverunt Brunonem Marchesini, clericum, virtutes théologales, cardinales iisque annexas in gradu heroico exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit, ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Brunonis Marchesini, Clerici, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

MALACITANA

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Nepomuceni Zegrí y Moreno sacerdotis dioecesani fundatoris Congregationis Sororum a Caritate B. M. V. a Mercede (1831-1905)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Finis quem ministerio atque vita persequuntur Presbyteri est gloria Dei Patris in Christo procuranda. Quae gloria in eo est, quod homines opus Dei in Christo perfectum conscie, libere atque grate accipiunt illudque in tota vita sua manifestant » (Conc. Oecum. Vat. II, Decretum de presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* 2).

Ad id, de quo Concilium Vaticanum II loquitur, propositum ministerium pastorale Ioannis Nepomuceni Zegrí y Moreno, presbyteri, tendit, qui in servitium Dei, Ecclesiae atque animarum vitam consecravit et, quo melius Regni Christi progressui interesset, novam religiosam congregationem fundavit, cui illud suggessit: « Omnia pro humanitate in Deo, per Deum, pro Deo ».

Servus Dei natus est Illiberi in Hispania die 11 mensis Octobris anni 1831 ex Antonio Zegrí Abril, artis medicae magistro in Universitate Studiorum eiusdem civitatis, et Iosepha Moreno Escudero, legitimis locupletis condicionis coniugibus christiano spiritu magnopere suffultis. Postridie ortus, ad baptismalem ecclesiae paroecialis fontem ductus Ioannis Nepomuceni nomen accepit. Institutioni eius egregie parentes et Regium Collegium Sanctorum Bartholomaei et Iacobi consuluerunt, cuius fuit annis 1845-1849 alumnus convictor.

Vocatione ad sacerdotium percepta, Seminarium dioecesanum Granadense anno 1850 ingressus est et, die 2 mensis Iunii anno 1855, presbyteratu auctus, institutionem theologicam, philosophicam et iuridicam apud Universitatem Studiorum suae civitatis perrexit. In quo Collegio didicit, annis 1855-1864 ipse docuit.

Oratoria vi exornatus, titulo praedicatoris supernumerarii regis Hispaniae insignitus est. Magna pastorali sollicitudine et sedulitate pro cultu divino et pauperibus paroecias vicorum *Huétor Santulón* (1859-1864) et Sancti Gabrielis de *Loga* (1865-1869) administra vit. Anno 1869 novus Episcopus Malacitanus, Dominus Stephanus Iosephus Pérez y Martínez Fernández,

cum eum propinquum adiutorem peteret, plura magni ponderis officia eidem tribuit, e quibus illa vicarii generalis et provisoris (1869-1878), canonici ecclesiae cathedralis, praepositi domui misericordiae Sanctae Mariae Magdalenae et Sancti Caroli, vicerectoris et professoris Seminarii dioecesani ac visitatoris religiosarum.

Servus Dei populo panem verbi Dei largiter distribuit, veritates Christi docens, pietatem erga Virginem Mariam et dilectionem in Romanum Pontificem. Iura defendit Ecclesiae et Institutorum vitae consecratae; Episcopum suum Malacitanum adiuvit in operibus caritatis. Anno 1878, ut aerumnis ac spiritalibus necessitudinibus pauperum sub veniret, Congregationem Sororum a Caritate Beatae Mariae Virginis a Mercede fundavit, quam, etsi inter aerumnas exordii, multas aperuit aedes et instituta caritatis pluribus in locis.

Anno 1888 Servus Dei, qui naviter Congregationi praeerat, Romam petiit, ut approbationem novarum Constitutionum impetraret, quas ipse scripserat. Quo eodem tempore autem sic in eum graves processerunt accusationes, ut a Congregatione, quam fundaverat, discedere cogeretur. Extricatis vero rumoribus, anno 1894 Summus Pontifex Leo XIII ei rescriptum redintegrationis concessit et officium moderatoris Instituti restituit. Inimicitiae quidem in eum eo progressae sunt, ut semel a filiabus suis dolenter diverteret et in domum suam Malacae secederet, animum orationi, operibus caritatis, ministerio confessionum et muneri canonici tradens: contumeliae et dedecoris cruci se tacite submisit, quam in instrumentum purificationis et sanctitatis mutavit. Magis magisque soluto corde a rebus vanitatibusque mundi, docilis voluntatis Dei in sequelam Christi et in exercitium virtutum profecit, evangelicae perfectionis culmen attingens.

Fides, caritas et spes lumen fuerunt et vis vitae eius ac ministerii sacerdotalis. Deo eiusque revelationi firmiter credidit et omnibus viribus opibusque profectui Regni Christi animarumque saluti operam dedit. Praedicatione Evangelium nuntiavit primum pauperibus, in quibus Domini patientis vultum agnoscebat. Unionem cum Deo aluit sacra liturgia, meditatione Sacrarum Scripturarum, oratione ac pietate erga Sacratissimum Cor Iesu, Eucharistiam et Beatam Virginem a Mercede. Opera apostolatus eius consuetudinem Christi penitus perdiscebant eumque exacuebant, ut viveret, quod celebrabat, et, quod alios docebat, huius testimonium daret. Deum magis quam seipsum dilexit, cuius gloriam quaesivit, peccatum fugiens, mandata Domini servans, operam in humanam et christianam dignitatem provehendam filiorum suorum, praesertim egenorum, navans.

Probitate vitae ac patientia in aerumnis Deum laudavit. Calumniis laboratus, propinquitatem et consolationem Dei animadvertit, de quo ad Sorores anno 1896 scribebat: « Quam magnus et bonus nobis obvenit Deus! Dolorem sanctificat et dulces consolationes iis, qui patiuntur, servat; paupertatem sanctificat et efficit, ut caritas eidem opituletur et subveniat; qui patiuntur, eos fide confirmat, spe suffulcit, caritate extollit, eo ut veritas ac virtus semper triumphent et in caelo fulgeant nostrae religionis, sicut fulget sol in medio firmamento ».

His sustentus cogitationibus, divinae providentiae, iustitiae et misericordiae Dei se commisit. Per tenebras facem spei custodivit ardentem, quam humilitate, oboedientia ecclesiasticae ierarchiae, abnegatione sui, dilectione crucis et sacrificio aluit. Accusationibus ignoscendo, tacendo atque orando respondit et, cum munus suum se defendendi intellexit, ad hoc leni animo et misericordia pleno cavit. Prudentiam omnibus in negotiis apostolatus sui atque in officiis ecclesiasticis attendendis, in Congregatione religiosa moderanda atque in instrumentis magis idoneis ad suam aliorumque sanctificationem eligendis ad culmen exercuit. Temperans fuit in usu bonorum temporalium, iustus erga Deum et proximum, fortis in aerumnis, pauper, castus, perseverans in bono et in dilectione Dei et proximi ad finem usque vitae. Deus eum ad se vocavit mane diei 17 mensis Martii anno 1905.

Fama sanctitatis Servi Dei perspecta, Episcopus Malacitanus Causam beatificationis et canonizationis inivit et annis 1958-1962, Rogatoria Matritensi annis 1959-1960 comitatus, Processum Ordinarium Informativum celebravit, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 7 mensis Februarii anni 1992 probatae sunt. Die 26 mensis Ianuarii insequentis anni 1993 acta est Consultorum Historicorum sessio, postea disceptatum est, ut ex norma, an Servus Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Die 9 mensis Novembris anni 2001, prospero cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 4 insequentis mensis Decembris, audita relatione Causae Ponentis, Excellentissimi Domini Iosephi Sebastiani Laboa, Archiepiscopi tit. Zaraiteni, professi sunt Servum Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit, ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico Servi Dei Ioannis Nepomuceni Zegrí y Moreno, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Congregationis Sororum a Caritate B. M. V. a Mercede, in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Christinae ab Immaculata Conceptione (in saec.: Adelaidis Brando) fundatricis Congregationis Sororum Victimarum Expiatricum a Sacramentato Iesu (1856-1906)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Christina ab Immaculata Conceptione (in saeculo: Adelaides Brando) nata est Neapoli die 1 mensis Maii anni 1856. Iam inde a pueritia vocationem ad vitam consecratam animadvertit, sed infirma eius salus haud sivit, ut in Institutis, quae ingressa erat, maneret. Casauriae tandem apud Neapolim Congregationem Sororum Victimarum Expiatricum a Sacramentato Iesu fundavit pro cultu eucharistico et apostolatus caritatisque operibus fovendis. Mentis virtutibus dives, pie die 20 mensis Ianuarii anni 1906 in Domino obdormivit.

Die 2 mensis Iulii anni 1994, Summus Pontifex Ioannes Paulus II edixit Servam Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum coluisse.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio iudicio Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem dominae Federicae de la Fuente a Manila in insulis Philippinis, quae, mense Iulio anni 1992, dolores in hemithorace dextero ob effusionem sanguinis per pleuram ostendere coepit. Pluries igitur in valetudinariis recepta est et, variis post clinicis scrutationibus, in utroque pulmone granulomatosis, quae a « Wegener » nomen habet, inventa est magnae quidem amplitudinis cum gravissimis implicationibus. Cum morbus ita adversus se haberet, prognosis dicta est infausta quoad vitam. Die 28 mensis Septembris anni 1992 Sorores Victimae Expiatrices a Sacramentato Iesu una cum infirma ipsa ad caeleste confugerunt auxilium per intercessionem Servae Dei Mariae Christinae ab Immaculata Conceptione, quae preces vero in menses processerunt. Quamvis morbus ingravesceret, tanta tamen fuit dominae Federicae fides supradictae Servae Dei, ut, statim ac in medio mense Octobri anni 1993 curas interrumpere censuit, mulier convalescere inciperet, eo ut medici completam sanationem agnoscerent.

De hoc miro habito casu, anno 1995 apud Curiam Manilensem Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 29 mensis Martii anni 1996 probatae sunt. Dicasterii Medicorum Collegium in sessione diei 15 mensis Februarii anni 2001 sanationem valde instantaneam, completam, duraturam et inexplicabilem secundum scientiam fuisse una voce affirmavit. Die 2 mensis Octobris eiusdem anni 2001 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 6 insequentis mensis Novembris Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Eminentissimo Cardinale Vergilio Noè, et in utroque coetu, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum affirmativum prolatum est.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Cardinale Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Mariae Christinae ab Immaculata Conceptione (in saec.: Adelaidis Brando), Fundatricis Congregationis Sororum Victima-*

rum Expiatricum a Sacramentato Iesu, videlicet de valde instantánea, completa ac duratura sanatione Federicae de la Fuente a « granulomatosi di W egener a localizzazione polmonare bilaterale, di vasta estensione, con notevole attività evolutiva e con gravi complicanze ».

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PLATENSIS

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Ludovicae de Angelis (in saec.: Antoninae) sororis professae Congregationis Filiarum Dominae Nostrae a Misericordia (1880-1962)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Mulieres consecratae peculiari modo invitantur, ut suam per deditionem plene laetanterque actam signum sint benignitatis Dei erga homines atque peculiare testimonium mysterii Ecclesiae, virginis sponsae et matris » (Ioannes Paulus II, Adhortatio Apostolica post-synodalis *Vita consecrata,* 57).

Haec missio perfecta est a Serva Dei Maria Ludovica De Angelis, quae multos degit annos simplex et misericors apostolatum suum in valetudinario pro pueris adimplens, signum effecta dilectionis Patris caelestis et maternitatis Ecclesiae erga aegrotos, pueros praesertim infirmos.

Testis haec Christi in pueros et derelictos amoris, in Italia, in parvo oppido *Santo Gregorio* prope *Aquilam,* nata est die 24 mensis Octobris anno 1880 e Ludovico De Angelis et Sancta Colaianni, agricolis, qui ad baptismalem fontem Antoninae nomen ei imposuerunt. Die 7 mensis Iunii anno 1883 sacramentum Confirmationis recepit. Matrem suam, statim ac potuit, adiuvare incepit plurium fratrum minorum curam agens ac domesticis negotiis attendens et, cum insuper parentes etiam in arvis colendis comitata

sit, saepe schola ei intermittenda fuit, ut lectionem ac scripturam vix didicisset.

Iuxta christianos educta mores, respondere tamen Deo voluit, qui eam ad vitam consecratam vocabat. Parocho igitur in re spirituali atque oeconomica auxiliante, Congregationem Filiarum Dominae Nostrae a Misericordia ingressa est, a sancta Maria Iosepha Rossello (f 1880) fundatam. Accepto nomine Mariae Ludovicae, novitiatum Savone explicavit et die 3 mensis Maii anno 1906 professionem religiosam temporaneam emisit. Insequenti anno, alacriter in Argentinam se conferre accepit, ut operam una cum sodalibus daret valetudinario pro pueris civitatis Platensis, ubi ad mortem usque mansit.

Primum vero coquae officium ei commissum est, sed paulo post administratrix facta est et diu antistes communitati ipsi. Novum hoc munus administratricis, quo sine ulla intermissione inter annos 1909 et 1962 iuncta est, sinit eam valetudinarium illum con vertere in provectissimum spectatissimumque institutum pro pueris curandis in provincia Bonaerensi. Serva Dei enim indolem et actuositatem reformavit medicorum, infirmorum ministrorum, dignitatem subsidii aegris suppeditandi, vim variarum machinarum pro pueris curandis. Anno 1934 agrum emit pro oleribus colendis valetudinario necessariis et annis 1940-1942 solarium super litora Platensia instruxit pro pueris osteopathia correptis. Intra valetudinarium aer pacis et constantis deditionis erga infirmos genuit.

Haud minorem Serva Dei habuit sollicitudinem erga sorores sodales suas, quas exemplo vitae et consiliorum prudentia collustravit. Quibuscumque obviabat mirum dedit testimonium fidei, Deum sicut culmen habens vitae suae et summa largitate vitam consecratam agens.

Omne studium impendit pro Domino ac Regno eius instaurando, accurate et benigne munera sua cotidiana adimplens. Unionem cum Deo maxime excoluit prece, devotione erga Eucharistiam, Sacratissimum Cor Iesu et Virginem Mariam, et cotidiano servitio in proximum, in quo vultum ipsius conspicabatur Christi. Deum toto corde dilexit, cuius adimplevit voluntatem et semper quaesivit gloriam. Peccatum fugit et in via sanctitatis indefesse incessit. Materno spiritu pueros infirmos amavit eorumque christianae consuluit institutioni; difficultatibus subvenit familiarum, valetudinarii infirmorum ministrantium, religiosae communitatis ac seminaristarum. Numquam valetudinarii necessitatibus cavere cunctata est, in cuius gratiam ac beneficium continuo ostium pulsavit publicarum sedium et largitatis bene-

factorum. Quos malae administrationis valetudinarii inique eam arguebant, benigne vero ignovit. Opera misericordiae latenter absolvebat et sacrificia difficultatesque tacite subibat, patienter ac animi fortitudine, divino tantum auxilio confisa. Saepe dictitabat: « Agnoscit Deus quod melius est nobis: omnia in manibus eius sunt ». Prudenter, placide ac leni risu in ore se gerebat; super quae ei revelata essent, secretum continebat; quamplurimi ad eius consilia confugebant; diligenter iustitiam in Deum colebat atque in proximum et in omnibus continens fuit, cor servans liberum a rebus mundi. Humilitatis egregium praebuit exemplum ac vota religiosa oboedientiae, paupertatis castitatisque praecipue praestitit, quorum gratia semel Deo perpetua professione se adstrinxit die 3 mensis Maii anno 1911.

In extremis annis vitae, quamquam infirmae esset valetudinis, missionem suam solita sollicitudine perrexit. Magna ac firma sanctitatis fama apud auctoritates populumque succincta, die 25 mensis Martii anno 1962 in Domino obdormivit.

Archiepiscopus Platensis Causam beatificationis et canonizationis inivit et annis 1988-1989 celebravit Processum Ordinarium Informativum cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto die 26 mensis Iunii anno 1992 probatae sunt. Confecta *Positione,* disceptatum est, ut ex norma, an Serva Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Die 2 mensis Octobris anno 2001, prospero cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 6 insequentis mensis Novembris eiusdem anni, audita relatione Causae Ponentis, Exc.mi Domini Andrea Maria Erba, Episcopi Veliterni-Signini, professi sunt Servam Dei virtutes théologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit, ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Ludovicae De Angelis (in saec.: Antoninae), Sororis professae*

Congregationis Filiarum Dominae Nostrae a Misericordia, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 20 mensis Decembris A. D. 2001.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. © S.

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 4 Maii 2002. — Cathedrali Ecclesiae Odesensi, noviter erectae, Exc.mum R.D. Bronislaum Bernacki, hactenus Vicarium generalem Camenecensem Latinorum.

— Cathedrali Ecclesiae Kharkiviensi, noviter erectae, Exc.mum P.D. Stanislaum Padewski, hactenus Episcopum titularem Tigiensem et Auxiliarem Leopolitanum Latinorum.

— Cathedrali Ecclesiae Camenecensi Latinorum Exc.mum P.D. Maximilianum Leonem Dubrawski, hactenus Episcopum titularem Trofimianensem et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tabuniensi R.D. Leonem Maly, Seminarii maioris archidioecesis Leopolitanae Latinorum Praefectum disciplinae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 4 Maii 2002. — Titulari episcopali Ecclesiae Febianensi R.D. Marianum Buczek, Curiae archidioecesis Leopolitanae Latinorum Cancellarium, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 19 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Panatoriensi R.D. Iosephum Mariam De la Torre Martín, e clero dioecesis Sancti Ioannis a Lacubus ibique curae pastoralis cathedralis templi moderatorem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Guadalaiarensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Durensi R.D. Raphaelem Martínez Sainz, archidioecesis Guadalaiarensis Vicarium generalem, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 21 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Avenionensi R.D. Ioannem Petrum Cattenoz, e clero eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aleriensi R.D. Vidonem Fiandino, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Taurinensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P.D. Severini S.R.E. Cardinalis Poletto, eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Marianensi in Insula Corsica R.D. Iacobum Lanzetti, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Taurinensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P.D. Severini S.R.E. Cardinalis Poletto, eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Clonerdensi, R.D. Michaelem F. Burbidge, e clero archidioecesis Philadelphiensis Latinorum, hactenus rectorem Seminarii Sancti Caroli, in oppido vulgo dicto « Overbrook », quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 25 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Milvaukiensi, Exc.mum P.D. Timotheum Michaelem Dolan hactenus Episcopum titularem Natchetensem et Auxiliarem archidioecesis Sancti Ludovici.

die 28 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Anagninae-Alatrinae, R.D. Laurentium Loppa, e clero dioecesis suburbicariae Veliternae-Signinae, ibique Vicarium episcopalem pro actione Pastorali et paroeciae Sanctae Mariae Angelorum in civitate Signina curionem.

die 28 Iunii 2002. — Titulari episcopali Ecclesiae Sitensi R.D. Stephanum Secka, Seminarii maioris dioecesis Scepusiensis vice-rectorem et professorem S. Theologiae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cedamusensi R.D. Ferdinandum Areas Rifan, hactenus Vicarium generalem Administrationis Apostolicae personalis « Sancti Ioannis Mariae Vianney », in territorio Camposino, quem deputavit Coadiutorem eiusdem Administrationis Apostolicae.

die S Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Bathurstensi in Canada, R.D. Valerium Vienneau, e clero archidioecesis Monctonensis, ibique Vicarium generalem.

die 4 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Macrianensi Minori R.D. Carolum Henricum Wiesemann, e clero Paderbornensi, hactenus paroeciae Sanctorum Petri et Andreae in civitate vulgo Brilon praepositum, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 5 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Natchetensi, R.D. Salvatorem Cordileone, e clero dioecesis Sancti Didaci, hactenus Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae officialem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die II Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Mediolanensi Em.mum P.D. Dionysium S.R.E. Card. Tettamanzi, hactenus Archiepiscopum Ianuensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 27 Giugno 2002, S.E. il Signor PIERRE MOREL, **Ambasciatore di Francia presso la Santa Sede.**

Venerdì, 28 Giugno 2002, S.E. il Signor IVAN ANGELOV, **Ambasciatore della ex Repubblica Jugoslava di Macedonia presso la Santa Sede.**

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 20 Giugno 2002, S.E. il Signor FERENC MÁDL, **Presidente della Repubblica di Ungheria.**

Venerdì, 21 Giugno 2002, S.A. EM.MA FRA' ANDREW BERTIE, **Principe e Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta.**

Sabato, 22 Giugno 2002, L'On. PIER FERDINANDO CASINI, **Presidente della Camera dei Deputati Italiana.**

Giovedì, 4 Luglio 2002, S.E. il Signor PETER MEDGYESSY, **Primo Ministro della Repubblica di Ungheria.**

Sabato, 6 Luglio 2002, S.E. il Signor JOHN HOWARD, **Primo Ministro di Australia.**

Venerdi 5 luglio 2002 si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

Dal 23 luglio al 2 agosto 2002 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Canada, Guatemala, Messico.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

6 luglio 2002. S.E. mons. Józef Wesolowski, Arcivescovo tit. di Siebte, Nunzio Apostolico in Kazakhstan e in Tadjikistan, *Nunzio Apostolico in Kyrgyzstan.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

4 giugno 2002. Gli Em.mi Signori Cardinali Cormac Murphy-O'Connor; Edward Michael Egan, le LL.EE. mons. Peter Kodwo Appiah Turkson, Arcivescovo di Cape Coast; Seàn Baptist Brady, Arcivescovo di Armagh; Wilton Daniel Gregory, Vescovo di Belleville; Alois Kothgasser, Vescovo di Innsbruck; il dott. Francesco Buranelli; la sig.ra Kinga Perzynska, *Membri della Pontificia Commissione per i Beni Culturali della Chiesa «ad quinquennium».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Carlo Maria Martini; le LL.EE. i mons. Baltazar Enrique Porras Cardozo; Antonio Do Carmo Cheuiche; Jan Srutwa; Abelardo Alvarado Alcántara; Amédée Grab; Josef Hrdlicka; mons. Valerio Vigorelli; sac. Claudio Bellinati; p. Gilles Lange vin, S.I., *Membri della Pontificia Commissione per i Beni Culturali della Chiesa « in aliud quinquennium ».*

» » » Le LL.EE. i mons. Santiago García Aracil, Vescovo di Jaén; Henk Kronenberg, Vescovo di Bougainville; mons. Francis A. Coady; sac. Pasquale Iacobone; p. Francesco Azzopardi, O.F.M. Cap.; p. Innocenzo Venchi, O.P.; suor Dominique Horgan, O.P.; dott. Bernard Berthod; sig.ra Mary Catherine Cuthill; dott. Guus Van Den Hout; dott. Salvatore Italia; sig.ra Kathleen Dignor, *Consultori della Pontificia Commissione per i Beni Culturali della Chiesa « ad quinquennium ».*

» » » Le LL.EE. i mons. Egon Kappellari; Julio César Terán Dutari; p. David Gledhill, S.M., *Consultori della Pontificia Commissione per i Beni Culturali della Chiesa « in aliud quinquennium ».*

11 giugno » Gli Em.mi Signori Cardinali Ivan Dias, e Edward Michael Egan, *Membri della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « ad quinquennium ».*

» » » Mons. Giorgio Rizzieri; don Aldo Giordano; p. Bernard Lapize de la Salée, S.I.; p. Lluis Magrina, S.J.; suor María do Rosàrio Onzi, Scalabriniana; suor Christiane Mégarbané, Francescana Missionaria di Maria, *Consultori del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti « ad quinquennium ».*

15 » » P. Alfred Wilder, O.P.; p. Martino Conti, O.F.M.; p. Arno Meyer, O.S.A., p. Adam Wolanin, S.I., *Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi « in aliud quinquennium ».*

17 giugno 2002. Il dott. Emilio Rossi *Presidente del Centro Televisivo Vaticano « in aliud triennium ».*

» » » Le LL.EE. Francisco-Javier Lozano e Pierfranco Pastore; i mons. Guido Todeschini; don Angelo Vigano, S.D.B.; dott. Sandro Baldoni, dott. Ettore Bernabei; dott.ssa Angela Buttiglione, *Membri del Centro Televisivo Vaticano « in aliud triennium ».*

» » » S.E. mons. Jean-Pierre Ricard, Arcivescovo di Bordeaux *Membro della Pontificia Commissione « Ecclesia Dei » « ad quinquennium ».*

19 » » Mons. Renato Volante, *Osservatore Permanente della Santa Sede presso le Organizzazioni e gli Organismi delle Nazioni Unite per l'Alimentazione e l'Agricoltura (F.A.O., I.F.A.D., P.A.M. e C.M.A.).*

26 » » Il prof. Sergio Zaninelli, *Consultore della Congregazione per l'Educazione Cattolica « ad quinquennium ».*

» » » Mons. Valentino Di Cerbo, *Capo Ufficio nella Sezione per gli Affari Generali della Segreteria di Stato.*

4 luglio » Mons. Agostino De Angelis e il dott. Raffaele Guido, *Consultori della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « in aliud quinquennium ».*

9 » » P. Fabio Duque Jaramillo, O.F.M., *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio della Cultura « in aliud quinquennium ».*

NECROLOGIO

25 giugno 2002. Mons. Henri C. Donze, Vescovo em. di Tarbes et Lourdes *(Francia).*

28 » » Mons. Roberto Pinarello de Almeida, Vescovo em. di Jundiai *(Brasile).*

1 luglio » Mons. Jozef-Maria Heuschen, Vescovo em. di Hasselt *(Belgio).*

17 » » Mons. Alan C. Clark, Vescovo em. di East Anglia *(Gran Bretagna).*

An. et vol. XCIV 3 Septembris 2002 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano - *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Sanctarum tribuuntur Mariae Crescentiae Höss caelitum honores.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

«Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo! » *(Col* 3, 3).

Silentium dilexit beata Maria Crescentia Höss ac solitudinem, cum Evangelium intentissima quidem cura auscultaret in Christoque omnino latitaret, ut maximis amicitiae vinculis cum illo coniuncta viveret Deique laudes vitae per sanctitatem et apostolatus ardorem concineret.

Die xx mensis Octobris anno MDCLXXXII orta est in Bavariae dioecesi Augustana piis ex parentibus catholicis, a quibus fide est etiam diligenter instituta ac christiana vitae ratione. Iam a puella singularem prae se ferebat ad virtutes proclivitatem; doctrinam christianam addiscere concupiscebat. Altissimo quodam adfectu Eucharistiae Sacramentum amabat, quod spiritalis ipsius vitae media prorsus factum est sedes necnon interioris pietatis alimentum. Domesticis in operibus parentes adiuvabat inque textilium officina. Illam universi profecto, tam catholici quam lutherani, ob permagnum eius in Dominum amorem admirabantur bonitatemque erga proximos, in primis vero egenos. Quamquam consecratam appetebat vitam, paupertate domus ac familiae impediebatur. Opibus tandem lutherani urbis praefecti ingredi licuit ei anno MDCCIII coenobium Monacharum Tertii Ordinis Sancti Francisci in loco *May erhoff* urbis *Kaufbeuren.* Sacro vixdum induta habitu

erat, cum pietatis suae fervore atque regulae religiosae observatione statim praestabat. Absoluto novitiatu, quo nempe tempore omnibus profecerat virtutibus, religiosa nuncupavit vota nomineque Annae posito Mariae Crescentiae sumpsit sibi vocabulum. Haud contigerunt ei prima religiosae vitae tempora facilia; attamen Domino confidens ac perseverans, oboediens et humilis singulas devicit difficultates postmodumque variis in Communitate perfuncta est muneribus. Ostiariae explevit officium simulque curam consororum egit aegrarum. Fuit deinde noviciarum magistra, quas suo potissimum exemplo instituebat suaque benignitate necnon in agendo alacritate. Antistita cum ipsa anno MDCCXL esset creata, virtute efflorescebat communitas eius ac religiosa disciplina. Mysticas quasdam subiit experientias Deoque studuit in proximis suis deservire. Fidem testabatur suam ex animi demissione atque perseverantia seseque providentiae divinae ac misericordiae immensa cum fiducia dedebat, dum Deum omnibus viribus animoque toto diligebat. Singulari omnino pietate Iesum Crucifixum colebat et Eucharistiae Sacramentum, unico cum Virginem Mariam cultu prosequebatur quam silentio imitari cupiebat tum etiam perpetua cum Domino coniunctione et puritate. Sapiens exstitit haec Beata ac prudens consiliaria, a qua complures e Germania et Bavaria et Hungaria, tum catholici tum protestantes, humiles ac nobiles, laici et ecclesiastici hospites solida petebant consilia. Liberalitatem egentibus praebebat, maternum vero animum sororibus suis religiosis, postremo erga omnes misericordiam qui auxilium requirebant. Corporis dolores animique complectebatur veluti totidem instrumenta quibus se Christo conformaret, dictitare solita: « Vita est amor mea, amor autem dolor est, quandoquidem nullus est sine Crucifixo amor verus ». Aegrotationem nacta ipsa pergravem in Domini pace die v mensis Aprilis obiit, Paschatis in sollemnitate, apud idem oppidum *Kaufbeuren,* anno MDCCXLIV. Sanctimoniae autem eius celeriter fama percrebruit, propter beneficia quoque illa quae intercedente ea Deus largiebatur. Episcopus proinde ipse Augustanus causam beatificationis instituit atque canonizationis iam anno MDCCLXXV. Omni dein legibus statuta processione legitime peracta, die VII Octobris anno **MCM** ipsi Beatarum honores Pontifex addidit Leo XIII. Ut vero rite ad ipsius procederetur canonizationem, feliciter Congregatio de Causis Sanctorum inspexit affirmatam sanationem prodigiosam, quae eiusdem Mariae Crecentiae deprecationi assignabatur, anno MCMLXXXVI secutam. Die igitur xvni Decembris mensis, anno **MM**, Nostro in conspectu prodiit Decretum super miraculo. Consentientibus Patribus Cardinalibus atque Episcopis in Consistorio, die xin Martii anno **MMI** decrevimus ut Romae canonizationis ritus die xxv subsequentis mensis Novembris concelebraretur.

Hodie propterea apud Apostolorum Romana sepulcra hanc placuit Nobis elata voce proferre formulam:

« Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Iosephum Marello, Paulam Montai Fornés a Sancto Iosepho Calasanctio, Leoniam Franciscam Salesiam Aviat et Mariam Crescentiam Höss Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quibus exceptis summa cum gratulatione ab omnibus verbis Nosmet ipsi oratione pientissima sane suscepimus novellam hanc Sanctam primi extollendam eiusque simul exemplum hac nostra potissimum aetate proponendum curavimus ut, quem virtutum thesaurum et bonorum operum numerum eandem per eximiam mulierem universae Ecclesiae praefulgere voluisset Deus, adiuvante in terris ecclesiali communitate fructus salutares plurimos parere sineret.

Singula vero quae hisce constituimus Litteris Nostris, firma manere validaque volumus omne in posterum tempus quibuslibet contrariis rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quinto mensis Novembris, anno Domini bis millesimo primo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco £B Plumbi
In Secret.. Status tab., n. 505.581

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PORTUS PRINCIPIS IN PHILIPPINIS

Vicariatus Apostolicus conditur Portus Principis in Philippinis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Diligentem sane curam continenter adhibemus ut Evangelii nuntii et Domini salus omnia loca contingant et quam plurimas gentes afficiant. Quapropter nullam Nos interponere moram volumus quin cuncta disponamus ut hoc facilius commodiusque accidat. De consilio igitur Congregationis pro Gentium Evangelizatione, iis quoque quorum interest rogatis sententiam, haec statuimus et decernimus. Parte meridiana et centrali Vicariatus Apostolici Palavanensis distracta, novum Vicariatum Apostolicum condimus *Portus Principis in Philippinis,* Vicariatu Apostolico adhuc dicto Palavanensi exstincto. Novum conditum Vicariatum Apostolicum pastoralibus curis concredimus Ordinis Augustinianorum Recollectorum. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Antonium Franco, Archiepiscopum titulo Gallesinum et in Philippinis Insulis Apostolicum Nuntium legamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad exitum perducta, documenta apparentur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus minime officientibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo septimo mensis Martii, anno Domini bismillesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret.. Status tab.., n. 514.236

II

TAYTAYENSIS

Vicariatus Apostolicus Taytayensis conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Evangelizandi operi in Philippinis Insulis ut quam efficientissime prospiciatur suadet Nobis Congregatio pro Gentium Evangelizatione ut inibi novum curemus Apostolicum Vicariatum excitandum. Huic autem consilio cum prorsus adsentiamur, re penitus ponderata auditisque omnium quorum intererat sententiis, pro Apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine haec singillatim decernimus edicimusque. Septentrionalem partem Vicariatus Apostolici, qui Palavanensis adhuc nominatur, seiungimus atque in Vicariatum Apostolicum posthac *Taytayensem* nuncupandum convertimus secundum universas iuris communis regulas et normas hac de re vigentes. Fidenter omnino novam hanc dicionem pastoralibus curis commendamus Ordinis Augustinianorum Recollectorum. Totum vero ut hoc negotium felicissimum perducatur ad effectum, iubemus operam sedulam dare Venerabilem Fratrem Antonium Franco, Archiepiscopum titulo Gallesinum iisdem in Philippinis Insulis Apostolicum Nuntium. Litteras autem has Nostras vim suam efficaciamque exserere volumus tam in praesens quam omne in posterum tempus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die sexto et vicesimo Martii mensis anno Domini bis millesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

SS ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco ffl Plumbi
In Secret. Status tab., n. 514.238

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servae Iosaphatae Michaelae Hordashevska Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, et ipsi sancti in omni conversatione sitis, quoniam scriptum est: "Sancti eritis, quia ego sanctus sum" » *(1 Pe* 1, 15-16). Sanctitatem a pueritia usque affectavit Iosaphata Michaela Hordashevska, quae diligenter baptismi mandata absolvit atque perquam studiose suam Deo consecrationem tenuit, precando proximoque, dolentibus potissimum et desertis hominibus, inserviendo, in quibus Christi patientis vultum cernere solebat. Dum vero laeta ac fortis sanctitatis viam calcabat, per suorum operum verborumque probitatem suas socias spiritalesque filias adhortabatur, ut sanctae fierent. In mortis etiam lecto hanc metam eis demonstravit dicens: « Pro vobis omnibus precabor, ut sanctae efficiamini ».

Venerabilis haec Dei Serva Leopoli die xxvi mensis Octobris anno MDCCCLXIX ex humili operariorum familia orta est, cui apud baptismi fontem Michaëlam nomen indiderunt. Parentes ad Dei leges eam instituerunt, at ei superioris ordinis doctrinam praebere non potuerunt. Quapropter ludo litterario optimis notis absoluto, in taberna vitraria opus facere coepit. Interea divinae gratiae obnoxia, virtutes vitaeque religiosae semen colebat. Anno MDCCCLXXXVIII, cum spiritali recessui, adulescentibus destinato, interesset, patrem Ieremiam Lomnitsky, Ordinis Basiliani S. Iosaphat sodalem, cognovit, qui, eius factus confessarius spiritalisque moderator, ei concessit ut castitatis votum privatim nuncuparet. Postea, Michaelae cognita mente, suasit ut prima sodalis esset primae Congregationis religiosae feminarum Byzantini ritus vitae activae, quam Ordinis Basiliani Patres condituri erant. De hac re Dei Serva scripsit: « aliquantisper pro ignoto sum cunctata, sed de populi mei egeni necessitatibus cum cogitarem atque in hoc consilio cum de me Dei voluntatem viderem, Dei vocem sequi meque in futura Congregatione omnes labores obire constitui. Die xxiv mensis Augusti anno MDCCCXCII, in sancti Onuphrii templo Leopoli vestimentum religiosum nomenque Iosaphatae recepit: sic Congregatio Sororum Ancillarum a Maria

Immaculata incohavit, quae agricolarum pueros, pauperum aegrotorumque curam, christianam populi institutionem sustineret. Dei Serva, Christi regno studens, cupiebat ut suum Institutum ad indigentes homines Evangelii «veritatem dominique Magistri caritatem traderet. Ipsa misericordiae opera animose fecit, MCMII-MCMIV annis antistita fuit generalis atque ab anno MCMIX usque ad mortem altera fuit ab antistita generali. Aerumnas offensionesque vitae submisse, placide fortiterque toleravit, in Domino ponens spem. Erga Deum fides, precatio, sacrae Eucharistiae, Iesu Passioni, Virgini Mariae devotio, quotidie eius in caelestem Sponsum proximumque amorem ac religiosa vota aluerunt, quae laetanter spiritalique dilectu servavit. Eius propter cor humile, dulce ingenium, mansuetum maternumque animum, cara fuit Deo et hominibus. Evangelii sub lumine sese abnegavit Domini superiorumque voluntati obsecuta est atque Iesu imitando progressa est. Tubercolosi ossea absumpta, die XXV mensis Martii secundum Calendarium Gregorianum, sed secundum Calendarium Iuliannum die VII mensis Aprilis, anno MCMXIX de hoc mundo demigravit. Eius exuviae, ab eiusdem sororibus veneratae, in sacello Domus Generalis Sororum Ancillarum a Maria Immaculatae Romae servantur.

Communistis in Ucraina dominantibus, beatificationis canonizationisque causa incohari non potuit, licet Dei Servae sanctitatis fama complures in nationes diffunderetur. Annis MCMXCII-MCMXCIII processus canonicus actus est. Die VI mensis Aprilis anno MCMXCVIII Nobis coram de virtutibus heroum in modum exercitis Decretum prodiit deindeque Decretum super miraculo die XXIV mensis Aprilis huius anni, eiusdem Dei Servae incercessioni adscripto, evulgatum est. Statuimus igitur ut Beatificationis ritus in Ucraina die XXVII mensis proximi Iunii, Nostri pastoralis itineris tempore, celebraretur.

Hodie igitur inter hanc ediximus formulam:

Здійснюючи прохання наших братів,
Любомира Кардинала Гузара,
Верховного Архиєпископа Львівського для українців,
Кир Івана Семедія, Єпископа Мукачівського
візантійського обряду,
Кир Софрона Стефана Мудрого,
Єпископа Івано-Франківского (Станіславівського)
для українців, Кир Михаїла Колтуна,
Єпископа Сокальського для українців,
і багатьох інших братів у єпископстві
та багатьох вірних, після вислухання думки

Конгрегації у справах святих,
нашою апостольською владою ми дозволяємо,
щоб відтепер і надалі всечесних Слуг Божих:
Миколая Чарнецького
і двадцять чотирьох співмучеників,
Теодора Ромжу,
Омеляна Ковча і Йосафату Гордашевську,
величати блаженними і щоб їхні празники
святкувалися кожного року
у місцях і згідно з чином, визначеними уставом,
а саме: Миколая Чарнецького
і двадцяти чотирьох співмучеників
двадцять сьомого червня;
Теодора Ромжи першого листопада;
Омеляна Ковча двадцять сьомого червня
і Йосафати Гордашевської двадцятого листопада.
В ім'я Отця і Сина і Святого Духа.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus. Datum Leopoli, sub anulo Piscatoris, die xxvii mensis Iunii, anno Domini **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
83 ANGELUS card. SODANO

Loco EB Sigilli
In Secret. Status tab., n. 504.394

II

Venerabili Dei Servae Mariae Euthymiae Uffing Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes » *(1 Cor* 1, 27).

Contenderet ut sapientes huius mundi, humilem elegit Deus Mariam Euthymiam Uffing, quae vitam suam degit aegrotis operam navans atque religioso suo Instituto. Illa explicavit Domini verba adhortantia ut nos ip-

sos servos inutiles consideremus, cum fecerimus omnia, quae praecepta sunt nobis (cfr *Lc* 17, 10). Simplicia sua cotidiana officia diligenter adimplendo, singulare dedit exemplum illis omnibus qui in fide modestiaque ad Dei gloriam operam dant.

Venerabilis Serva Dei in loco vulgo dicto *Halverde*, dioecesi in Monasteriensi, die VIII mensis Aprilis anno MCMXIV est nata. Infirma fuit valetudine et singulari eminuit animi venustate. Quindecim annos nata, exemplum cuiusdam sororis sequens, claram manifestavit voluntatem se Deo vovendi. In valetudinario Sanctae Annae dicato loco in *Hoptsten* diligenter operans, Sorores cognovit Compassionis. Familiae superatis difficultatibus, Sororum illarum ingressa est Institutum in urbe Monasteriensi, nomen Euthymiam accipiens. Novitiatus tempore peculiaribus eminuit virtutibus, regulae studiosa observantia, silentio, pietate atque animi ardore. Prima nuncupavit vota anno MCMXXXVI, deinde vero in valetudinarium Sancti Vincentii in loco *Dislaken* translata, operam dedit alacrem vitae segregibus. Post consecutum aegrotorum ministrae diploma atque perpetuam datam professionem, captivos milites curavit atque aegrotos operarios, singularem erga eos caritatem ostendens animique tranquillitatem, de eorum spiritali itinere studiose sollicita. Post alterum bellum universale expletum, navam dedit operam in lavatorio tum in valetudinario Sancto Raphaeli dicato tum in Instituti domo primaria. Sanctitatem consecuta est in silentio atque cotidiana navitate, non seipsam sed Dei gloriam et animarum salutem exquirens. Altam per spiritalem vitae rationem singularemque in Deum fiduciam varias superavit difficultates variaque impedimenta. Etiam gravi morbo affecta, sereno animo Dei voluntatem adimplevit, animi corporisque perpessiones pro Congregationis aegrotorumque bono tolerans. Mortua est die IX mensis Septembris anno MCMLV, infirmorum Sacramenti confirmata gratia. Sanctimoniae fama, qua vivens florebat, post obitum haud cessavit; quapropter eodem mortis anno Episcopus Monasteriensis beatificationis atque canonizationis suscepit causam. Expletis feliciter legibus Congregationis de Causis Sanctorum, Ipsi Nos die I mensis Septembris anno MCMLXXXVIII Servam hanc Dei virtutes théologales et cardinales atque adnexas heroum in modum factitavisse pronuntiavimus. Nostro denique in conspectu die I mensis Iulii anno **MM** prodiit super miraculo decretum quod eiusdem Venerabilis adsignatum erat deprecationi. Quo etiam tempore ut beatificationis ritus Romae perageretur die **VII** mensis Octobris anno **MMI** sollemniter constituimus.

Hodie igitur in Petriano foro inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Narsetis Petri XIX, Patriarchae Ciliciae Armenorum, Huberti Luthe, Episcopi Essendiensis, Ioachimi Illiano, Episcopi Nucerini Paganorum-Sarnensis, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitani, Sil vii Caesaris Bonicelli, Episcopi Parmensis, et Renardi Lettman, Episcopi Monasteriensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ignatius Maloyan, Nicolaus Gross, Alfonsus Maria Fusco, Thomas Maria Fusco, Aemilia Tavernier Gamelin, Eugenia Picco et Maria Euthymia Üffíng Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Ignatii Maloyan sabbato proximo diei undecimae Iunii, Nicolai Gross die vicesima tertia Ianuarii, Alfonsi Mariae Fusco die septima Februarii, Thomae Mariae Fusco die vicesima quarta Februarii, Aemiliae Tavernier Gamelin die vicesima tertia Septembris, Eugeniae Picco die septima Septembris et Mariae Euthymiae Üffing die nona Septembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Beata haec dedit religiosae pietatis operumque bonorum testificationes. Pertinet ipsa ad illas quae suaviter cunctos hortabantur, cunctis opitulabantur, cunctos salutaribus beneficiis consolabantur, cunctis vitae cotidianae exemplo Evangelium nuntiabant. Ea ideo coram omnibus fulgens habetur exemplar, unde catholica fides et actuositas usque proferantur et quam plurimos homines attingant.

Singula autem quae his Litteris decrevimus tam nunc quam in posterum omne tempus firma esse iubemus ac perpetuo valere, contrariis rebus minime obstantibus quibusvis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vii mensis Octobris, anno **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
& ANGELUS card. SODANO

Loco ✠ Sigilli
In Secret, Status tab., n. 504,777

III

Venerabili Servae Dei Eugeniae Picco Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, et ut perficiam opus eius » *(Io* 4, 34). Haec verba Divini Magistri sublimiter resonant in vita Venerabilis Dei Servae Eugeniae Picco, quae divinam voluntatem constituit suum unicum et constans studium.

Ipsa nata est in loco vulgo dicto *Crescenzago*, in archidioecesi Mediolanensi, die VIII mensis Novembris anno MDCCCLXVII ex Iosepho Picco et Adelaide del Corno. Pater eius fuit valens musicus, sed visu carens; mater mulier erat satis frivola. Eugenia crevit religiosa circumdata indifferentia. Quadam vespere mense Maio anni MDCCCLXXXVI, cum spiritu intensam incumberet in orationem, vocari se percepit ad sanctitatem: quae profunda conversio irrevocabiliter vitam eius reformavit. Viginti annos nata fugit e domo atque decrevit se totamque vitam suam Christo consecrare. Parmae intra vit religiosam Familiam Parvarum Filiarum Sacrorum Cordium Iesu et Mariae, statim accepta et intellecta a Fundatore, venerabili presbytero Augustino Chieppi. Expleto anno noviciatus, die x mensis Iunii anno MDCCCXCI prima emisit vota in manus ipsius Conditoris; deinde professionem perpetuam nuncupavit die i mensis Iunii anno MDCCCXCIV. Mense Septembri eiusdem anni electa est ad Magnum Consilium, atque insequentibus annis varia munera maioris fiduciae ei sunt concredita. Die xix mensis Iunii anno MCMXI electa est Antistita Generalis sui Instituti, quod officium fideliter explere perrexit usque ad mortem. Obiit die vir mensis Septembris anno MCMXXI, vitae suae **LI** v anno, e quibus xxxiv consecravit Deo. In sua Congregatione fuit sapiens et prudens moderatrix sororum, ad mentem Fundatoris. Plane cooperans cum Ecclesia loci, se matrem praebuit omnium, singulari modo pauperum, quibuscum communicabat angustias, certamina et spes. Ab ipsa sua ingressione in Congregationem Serva Dei firmiter declaravit se sanctitatem appetere suumque propositum confirmavit voto res perfectores sequendi. Haec viva synthesis contemplationis et actionis, incipiens a cotidiana participatione in Eucharistia, fundamentum fuit spiritualis eius experientiae nec non caritatis ardoris. Plena oblatione res cotidianas ipsa vixit modo extraordinario. In vita sua Serva Dei conata est semper auscultare vocem Domini, numquam se subtrahens a ministeriis, quae caritas erga

proximum ab ipsa postulabat. Parmae se oneravit plebis paupertate, necessitatibus succurrens adulescentium et familiarum indigentium, assistens victimas belli, quod hoc tempore saeviit in Europa. Etiam in conspectu passionis, cum inevitabilibus momentis difficultatis et turbationis quae ipsa secum fert, Mater Eugenia Picco valuit experientiam doloris vertere in occasionem purificationis interiorisque incrementi. Quapropter nunc ipsa docere omnes potest quomodo debeant aggredi difficilia rerum adiuncta, auxiliante Dei gratia, servire Ecclesiae virtute contemplationis et occurrere fratribus caritatis ardore. Ab ea discimus artem auscultandi vocem Domini, ut credibiles testes simus Evangelii caritatis hoc tertio incipiente millennio. Beatificationis et canonizationis Causa Parmae incohata est anno MCMXLV. Expletis iure statutis, die xvni mensis Februarii anno MCMLXXXIX declaravimus Servam Dei exercuisse heroum gradu virtutes théologales, cardinales iisque adnexas. Die xx mensis Decembris anno MCMXCIX coram Nobis promulgatum est decretum super mirum intercessioni Servae Dei adscriptum. Deinde decrevimus ut ritus beatificationis die **VII** mensis Octobris insequentis anni celebraretur.

Hodie igitur in Petriano foro inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Narsetis Petri XIX, Patriarchae Ciliciae Armenorum, Huberti Luthe, Episcopi Essendiensis, Ioachimi libano, Episcopi Nucerini Paganorum-Sarnensis, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitani, Silvii Caesaris Bonicelli, Episcopi Parmensis, et Renardi Lettman, Episcopi Monasteriensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ignatius Maloyan, Nicolaus Gross, Alfonsus Maria Fusco, Thomas Maria Fusco, Aemilia Tavernier Gamelin, Eugenia Picco et Maria Euthymia Üffing Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Ignatii Maloyan sabbato proximo diei undecimae Iunii, Nicolai Gross die vicesima tertia Ianuarii, Alfonsi Mariae Fusco die septima Februarii, Thomae Mariae Fusco die vicesima quarta Februarii, Aemiliae Tavernier Gamelin die vicesima tertia Septembris, Eugeniae Picco die septima Septembris et Mariae Euthymiae Üffing die nona Septembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VII** mensis Octobris, anno **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
83 ANGELUS card. SODANO

Loco © Sigilli
In Secret, Status tab., n 507.192

IV

Venerabili Dei Servo Alfonso Mariae Fusco Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Si haberetis fidem sicut granum sinapis... » *(Lc* 17, 6). Huic profecto Iesu monitioni Dei Servus Alfonsus Maria Fusco, qui Sorores Sancti Ioannis Baptistae condidit, suam totam vitam accommodavit. Primogenitus ex quinque fratribus, die xxin mensis Martii anno MDCCCXXXIX Angri, Nucerinae Paganorum-Sarnensis dioecesis, ortus est. In dioecesano Seminario institutus est atque die XXIX mensis Maii anno MDCCCLXIII presbyteralem ordinationem recepit. Puer peculiarem sensum miserationemque in pauperes significavit.

Eius missionalis vocatio in peculiaribus alterius partis saeculi xix condicionibus adolevit, cum Natio modo coniuncta difficili in statu versabatur, quandoquidem politicam, socialem oeconomicam que compositionem ipsa persequebatur. Dei Servus suae aetatis penitus inclusus in rebus, instantia et provocationes eiusdem percepit. Ut certis illius regionis necessitatibus occurreret, consilium iniit salubris progressus. Ut id assequeretur atque institutoriam actionem et culturalem firmaret, Congregationem condidit Sororum Baptistinarum Nazareni, quarum haec sunt proposita: evangelizatio, institutio et adulescentium promotio, pauperum potissimum indigentium ac periclitantium. Hoc destinatum habebat Alfonsus ut tot populi filios, scilicet pupillos, pauperes, spurios, egestate moralique abiectione liberaret atque futuram societatem meliorem efficeret. Evangelica ratione ac benignitate pauperes convenit iisque vitae speique indicia exhibuit. Mulierum dignitatem auxit quarum cultum promovit. Ministerium sacerdotale assidue studioseque locali in Ecclesia gessit, complura sustinens pastoralia opera. Penitus inter homines versabatur, eos ut intellegeret, diligeret atque ad Deum

perduceret. Peculiari sollicitudine praedicationem, reconciliationis sacramentum necnon catechesim curavit. Iuvenis sacerdos paterna in domo primum litterarium ludum gratuito instituit; Oratorium condidit ipseque pauperes aegrotosque curavit, quos singulis hebdomadibus invisebat, suum eis praebens peculium. Duas suis sumptibus aedificandas curavit aediculas, ut fidem popularemque pietatem aleret. Fuit deputatus ecclesiasticus, canonicus et cantor Collegiatae sancti Ioannis Baptistae Angrensis, missionarius, Piae Consociationis Filiarum Mariae catholicorumque hominum moderator. Ubicumque aderat Dei Servus, ubi bonum compleri poterat. Caritate permotus asseverabat: « Velim ut mea quoque umbra bonum agere possit ». Necessitudinem habens cum sancto Ioanne Bosco, Angrensi in oppido « Sedem professionalem parvorum opificum » condidit, ut adulescentes iuvaret iique opus invenirent. Alfonsus sivit se infiammato Dei hominumque amore dirigi. Eius pietatem aluerunt sacra Eucharistia, Perdolentis Virginis pietas ac Providentia. Contemplationem et educatricem operam coniunxit. Humilitas fundamentum fuit suae spiritalis vitae. Dicere solebat: « Institutum haud meum est opus, sed Dei; Ipse id voluit, Ipse id mandavit, ego Eius sum operarius ». xxxn per annos Congregationem sapienter est moderatus, quam diffundendam in complures urbes curavit. Die vi mensis Februarii anno MCMX Alfonsus obdormivit in Domino, spectabilem relinquens sanctitatis famam. Die xxvii mensis Iulii anno MCMXXIX, dioecesana Curia Nucerina Paganorum beatificationis canonizationisque causam incohavit, Processum informativum celebrando. Annis MCMLII-MCMLIV Processus Apostolicus subsecutus est. Die i mensis Iulii anno **MM** Nobis coram Decretum de mira quadam sanatione, Servi Dei intercessioni adscripta, prodiit. Statuimus igitur ut beatificationis ritus die vii mensis Octobris anno **MMI** celebraretur.

Hodie igitur inter sacra hanc ediximus formulam:

Nos, vota Fratrum Nostrorum Narsetis Petri XIX, Patriarchae Ciliciae Armenorum, Huberti Luthe, Episcopi Essendiensis, Ioachimi Illiano, Episcopi Nucerini Paganorum-Sarnensis, Ioannis Claudii Cardinalis Turcotte, Archiepiscopi Marianopolitani, Silvii Caesaris Bonicelli, Episcopi Parmensis, et Renardi Lettmann, Episcopi Monasteriensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ignatius Maloyan, Nicolaus Gross, Alfonsus Maria Fusco, Thomas Maria Fusco, Aemilia Tavernier Gamelin, Eugenia Picco et Maria Euthymia Üffing Beatorum nomine in posterum ap-

pellentur, eorumque festum: Ignatii Maloyan sabbato proximo diei undecimae Iunii, Nicolai Gross die vicesima tertia Ianuarii, Alfonsi Mariae Fusco die septima Februarii, Thomae Mariae Fusco die vicesima quarta Februarii, Aemiliae Tavernier Gamelin die vicesima tertia Septembris, Eugeniae Picco die septima Septembris et Mariae Euthymiae Uffmg die nona Septembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime officientibus rebus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vii mensis Octobris anno Domini **MMI**, Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
® ANGELUS card. SODANO

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 507.191

HOMILIA

Philippopoli in Mesia occasione oblata Beatificationis presbyterorum Kamen Vitchev, Pavel Djidiov, Iosaphat Chichkov.*

« Чакаме реда си »: уверението на новите блажени
превърнало се във въжделение и изтезание

1. "На Теб, Боже, нека бъде слава вьввековете!"

Така пяхме преди малко в Отпевния Псалм. Скъпи Братя и Сестри, нашата общност се събира днес в Господния ден, за да отпразнува величиете и святостта на нашия Бог и за да изрази вярата на Църквата.

С изливането на Светия Дух на Петдесетница приключи цикъла от събития, с които Бог, в последователни исторически моменти, се е срещал с хората и им е предлагал дара на спасението. Днее Литургията ни подканва да се отправим към възвишения Извор на този дар: Бог Отец, Сии и Свети Дух — Святата Троица.

2. Старият Завет подчертава Божието единство. В Първото Четиво чухме как Бог говори на Мойсей: "Господ, Господ Бог, човеколюбив и

* Die 26 Maii 2002,

милосърден, дълготърпелив, многомилостив и истинен".[1] А Мойсей, от своя страна, увещава народа сдумите: "Слушай, Израиле, Господ, нашия Бог е Господ един".[2]

Новият Завет ни открива, че единствения Бог е Отец, Сии и Свети дух: едно единствено Божествено естество в три Лица, съвършено еднакви и реално разделени. Исус ги споменава явно, когато заръчва на Апостолите да кръщават "в името на Отеца, Сина и Светия дух".[3]

Целият Нов Завет е едно постоянно и явно възвестяване на тази тайна, която Църквата, като вярна пазителка на Божието Слово, винаги е проповядвала, обяснявала и защитавала. Затова днес се обръщаме към всемогъщия Бог, Отец, Син и Свети Дух, с думите: "На Теб, Боже, нека бъде слава във вековете!".

3. Като поздравявам всички с думите на Апостол Навел: "Благодатта на нашия Господ Исус Христос, любовта на Бога Отец и общението на Светия Дух да бъде с всички вас",[4] сърдечно поздравявам преди всичко вас, Братя и Сестри, чеда на Католическата Църква, които дойдохте тук заедно с вашите Епископи от Софийско-Пловдивската Епархия, Никополската Епархия и от Апостолическия Екзархия за вернитеот Византийско-Славянски Обряд. Благодаря на Пастира на местната Църква Монс. Георги Иовчев за думите, с които се обърна към мен при посрещането, като отправям сърдечния си поздрав и към моите събратя в Епископството: Монс. Христо Пройков Апостолически Екзарх и Председател на Епископската Конференция, и Монс. Петко Христов — Никополски Епископ. Също така поздравявам Кардиналите и Епископите, дошли от блюките Страни, за да споделят с Църквата в България радостта от този празник.

Бих желал да отправя един особен поздрав към Пловдивския Православен Митрополит, Негово Високопреосвещенство Епископ Арсений, който любезно пожела да присъства на отслужването на тази Божествена Литургия, като му благодаря за милите думи, с които се обърна към мен в началото на това Богослужение. Заедно с него поздравявам в Господа Игумена на Бачковския Манастир Епископ Наум, Ректора на Пловдивската Православна Семинария Епископ Евлогий, както и всп-

[1] *Nux.* 34, 6
[2] ***Btop.*** 6, 4
[3] ***Mateq*** 28, 19.
[4] ***2 Kop*** 13, 13.

чки верни на Православната Църква в България, които се присъединяват в този момент към нас. Тяхното присъствие тук е един, приет на драго сърце братски знак, който ни кара да предусетим в надеждата радостта от пълното единение, благодарение на което ще ни бъде позволено най-сетне да отслужваме Евхаристийното Жертвоприношение, което е Възспоменание на Господните смърт и възкресение.

С чувство на почит се обръщам към верните на Исляма, обожаващи и те също, макар по различен начин, единствения всемогъщ Бог.

Най-накрая поздравявам представителите на Държавната Власт, чието присъствие ни прави чест, като им: багодаря за резултатния принос, без който нямаше да се осъществи това мое пътуване в България.

4. Господ, Един и Троичен, е присъстващ в Своя народ — Църквата. Ние получаваме Кръщението в името на Отца, Сина и Светия дух; в същото това име ни се дават и другите Свети Тайнства. Святата Литургия, като "център на целяя християнски живот", е белязана по един особен начин от спомена за Божествените Лица, а именно: Отеца, на Когото се принася жертната; Сина, Който е Жертвоприносител и Жертва; и Светия Дух, призоваван, за да пресъщности хляба и в иното в Тяло и Кръв Христови и за да направи от участниците едно само тяло и един само дух.

Целяят живот на християнина е белязан от тази тайна. Успехът на земния ни път зависи от тона дали ще отговорим на Божията любов.

Тримата Свещеници-Успенци, които днес с радост причислих към лика на Блажените, познаваха много добре тази истина. Причината, поради която Свещениците Камен Вичев, Навел джиджов и Иосафат Шишков не се поколебаха да пожертват живота си, беше вярата им в Троичния Бог, любовта към въплътеният Божи Сия Исус Христос, на Когото се посветиха в безрезервна служба на Неговата Църква.

Отец Иосафат Шишков казваше: "Нека се стремим да правим по найдобрия начин онова, което се очаква от нас, за да можем да освещавяме", като добавяше: "Най-важното нещо е да достигнем до Бога, живеейки заради Него — всичко друго е без значение". Няколко месеца преди несправедливия процес, по време на който те бяха осъдени на смърт заедно с Епископ Енгений Босилков, почти предвиждайки предстоящото изпитание, отец Камен Вичев писа на своя Главен Предстоятел: "Придобийте за нас с молитвата си багодатта да останем верни на Христос и на Църквата във всекидневния си живот, за да бъдем досто-

йни да станем Негови свидетели, когато дойде момента". А отец Навел Джиджов казваше: "Очакваме да дойде нашия ред: нека бъде волята Божия".

5. Когато си спомням за тримата нови Блажени, чувствам подтик да отдам почит и на паметта на другите изноведници на вярата, чеда на Православната Църква, които преживяха мъченичеството по времена същия комунистически режим. Техният принос на вярност към Христос сближи двете Църковни общности в България, достигнали до най-възвишеното свидетелство на вярата. "Този факт не може да няма частица икуменическо измерение. Икуменизмът на Светците и Мъчениците е може би по-убедителен от всичко останало. Общението на Светците говори с по-силен глас от причините, довели до разделението".[5]

И така, как е възможно да не съществува вече съвършеното единение, осъществяващо се "в онова, което всички ние наричаме връх на благодатния живот, тоест мъченичество до смърт"?[6] Тона не е ли може би "пайистинското единение с Христос, Който пролива кръвта си и, в същото Снято Жертвоприношение, прави близки всички онези, които предибяха далечни?"[7]

6. Смелата последователност на свещениците Иосафат, Навел и Камен, въпреки страданията и затвора, беше призната от техните бивши ученици — католици, православни, евреи и мюсюлмани —, от техните енорияши, събратя и другари по съдба. Със своятаактивност, вярност към Евангелието, безвъзмездно служение към Родината, те се представят като образци за днешните християни, поспециално за българските младежи, които се стремят да открият смисълана живота си и желаят да следват Христос като миряни или като богопосветени.

Особената отдадейост, с която нбвите Блажени придружаваха кандидатите за Свещенство, нека бъде стимул за всички. Призовавам Църквата в Бъл ария да помисли сериозно над възможността за създаване на Семинария, в която младежите да могат да се подготвят за Свещеници в служба на г Бога и ближния, чрез една солидно човешко, интелектуално и духовно образование.

[5] *Tertio millennio adveniente,* 37.

[6] *Ut unum sint,* 84.

[7] *Cpb. Ef.* 2, 13; *ibid.*

7. Тайната на Святата Троица ни открива Божията любов, която е Самият Бог; любовта, с която Бог обича всички хора. "Бог толкова обикна света, че отдаде Своя единороден Син, за може всеки, който вярва в Него да не погине, но да има живот вечен".[8] Възкръсналяят Син изпрати от Своя страна Светия Дух в името на Отеца, за да вложи в сърцата на вярващите желанието и очакването на вечния живот.

Новите Блажени, които се га серадват на съзерцаването на Святата Троица, живяха действително според тона очакване. Нека се поверим на тяхното застъпничество, както се молим във Византийската Литургия (Шести час, отпуст):

Боже вечни, Ти, Който живееш в непристъпна светлина...,
молим Те, закриляй нас, коитовъзлагаме надеждата си в Теб,
като ни дариш Своята Божественаблагодат.
Защото Твое е царството, величието, силата и славата,
Отец, Син и Свети Дух,
сега и всякога и във вечни векове.
Амин

Бог да благославя винаги България. Мир и напредък на българския народ. Благодаря.

ALLOCUTIONES

I

Ad sodales Pontificii Consilii pro pastorali Valetudinis curae.*

Venerati Fratelli nell'episcopato e nel sacerdozio,
carissimi fratelli e sorelle!

1. Sono particolarmente lieto di questo nostro incontro, in occasione dell'Assemblea Plenaria del Pontificio Consiglio per la Pastorale della Salute, nel corso della quale vi proponete di studiare e delineare un nuovo piano di lavoro per i prossimi cinque anni.

Saluto il Presidente del Dicastero, ГArcivescovo Javier Lozano Barragàn, e lo ringrazio per le cordiali parole rivoltemi per interpretare i comuni

[8] ***Noah*** 3, 16.

* Die 2 Maii 2002

sentimenti dei presenti. Il mio saluto si estende ai Signori Cardinali ed ai venerati Fratelli nell'episcopato, Membri del Pontificio Consiglio, ai Consultori ed Esperti, al Segretario, al Sottosegretario, nonché agli Officiali sacerdoti, religiosi e laici. Tutti vi ringrazio, carissimi, per il prezioso aiuto che mi date, in un ambito così qualificato della testimonianza evangelica.

2. La mole di lavoro svolto dal vostro Dicastero, in questi diciassette anni dalla sua istituzione, conferma quanto è necessario che, tra gli organismi della Santa Sede, ve ne sia uno specificamente deputato a manifestare « la sollecitudine della Chiesa per gli infermi, aiutando coloro che svolgono il servizio verso i malati ed i sofferenti, affinché l'apostolato della misericordia, a cui attendono, risponda sempre meglio alle nuove esigenze».[1]

Rendiamo grazie al Signore per l'ampia e articolata attività pastorale che si compie a livello mondiale nel campo della sanità con lo stimolo e il sostegno del vostro Dicastero. Vi incoraggio tutti a proseguire con ardore e fiducia in tale cammino, pronti a offrire agli uomini del nostro tempo il Vangelo della misericordia e della speranza.

Russiae intra fines Christifideles diligentiore usque ratione mysteria divina contemplari conantur atque in vita cotidiana praecepta Christi servare. Nos studiose omnium fidelium spiritale incrementum foventes, nunc ecclesiastica instituta in cara Russiae terra aptare properamus ad commodiorem etiam salutiferae veritatis divulgationem. Accepta igitur postulatione Venerabilis Fratris Thaddaei Kondrusiewicz, Archiepiscopi titulo Hipponensis et Administratoris Apostolici Russiae Europaeae Septemtrionalis Latinorum, Conferentiae Episcopalis in Russia unanimi consensu, favorabili exstante sententia Venerabilis Fratris Georgii Zur, Archiepiscopi titulo Sestensis et in Russia Sedis Apostolicae Legati, de consilio Secretariae Status, haec quae sequuntur, de plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis, decernimus et statuimus. Administrationem Apostolicam Russiae Europaeae Septemtrionalis Latinorum ad gradum et dignitatem archidioecesis evehimus, *Moscoviensis Matris Dei* appellandae, atque ex territorio quattuor communitatum ecclesialium noviter erectarum, Moscoviensis scilicet Matris Dei, Saratoviensis Sancti Clementis, Neosibirianae Transfigurationis et Ircutscanae Sancti Iosephi, novam constituimus Provinciam ecclesiasticam *Moscoviensem Matris Dei* appellandam. Ecclesialem communitatem Moscoviensem Matris Dei noviter erectam ad fastigium metropolitanae sedis dictae Provinciae ecclesiasticae elevamus, factis iuribus et privilegiis quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae, ad normam iuris communis gaudent. Sacrum Pastorem archidioecesis Moscoviensis Matris Dei dignitate archiepiscopali ac gradu Metropolitae insignimus atque iuribus et privilegiis quibus ceteri in orbe catholico Metropolitae secundum canonum normas ornantur, oneribus pariter et obligationibus quibus iidem ligantur. Novae archidioecesis sedem in urbe Mosca statuimus, templumque paroeciale ibi exstans, Deo in honorem Immaculatae Conceptionis dicatum, ad gradum et dignitatem ecclesiae Cathedralis evehimus. Ut Pastori erectae Ecclesiae in eius regimine validum

tribuatur adiutorium, Collegium Consultorum ad normas iuris quam primum instituatur. Circa Seminarii archidioecesani erectionem necnon sacrorum candidatorum formationem, serventur praecepta iuris communis, prae oculis habitis regulis Congregationis de Institutione Catholica. Selecti Seminarii tirones nec non sacerdotes ad studia complenda, si fas est, Romam mittantur. Haec omnia ad expedienda Venerabilem quem diximus Fratrem Georgium Zur destinamus, necessarias et opportunas ei tribuentes facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Documenta exin conficiantur ad Congregationem pro episcopis mittenda, contrariis rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini bismillesimo et altero, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco 68 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 288.274

II

IRCUTSCAXA SANCTI IOSEPHI

In Russia nova conditur dioecesis Ircutscana Sancti Iosephi.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In beati Petri cathedra positi totius Dominici gregis spirituali bono atque regimini sedula navitate, iuvante Deo, nitimur providere. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Georgius Mazur, S.V.D., Episcopus titulo Tabuniensis et Administrator Apostolicus Siberiae Orientalis Latinorum, ob amplum numerum Christifidelium in circumscriptione ecclesiastica sibi commissa degentium ab hac Apostolica Sede petivisset ut territorium eiusdem Administrationis Apostolicae attolleretur ad gradum ac dignitatem dioecesis, Ircutscanae Sancti Iosephi nuncupandae, Nos, favente quoque eidem

rei Venerabili Fratre Georgio Zur, Archiepiscopo titulo Sestensi et in Russia Legato Apostolicae Sedis, de consilio Secretariae Status, admotae postulationi certo animabus profuturae perquam libenter concedendum esse putavimus. De plenitudine igitur Nostrae potestatis, ex territorio Administrationis Apostolicae Siberiae Orientalis Latinorum novam condimus dioecesim *Ircutscanam Sancti Iosephi.* Huiusce dioecesis sedem in urbe « Irkutsk » ponimus ibique exstans paroeciale templum, Deo in honorem Sancti Iosephi dicatum, ad gradum et dignitatem Cathedralis ecclesiae evehimus. Praeterea eandem dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Ecclesiae Moscoviensi Matris Dei eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Moscoviensis Matris Dei subicimus. Mandamus insuper ut quam primum ibidem Collegium Consultorum ad normam iuris constituatur qui ipsi Praesuli valido sint auxilio in regimine eiusdem Sedis. In iis autem quae respiciunt ad Seminarii dioecesani aedificationem adque sacrorum candidatorum institutionem, serventur praescripta iuris communis, habita praesertim ratione normarum ac regularum a Congregatione de Institutione Catholica statutarum; suoque tempore selecti Seminarii alumni, philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi, necnon sacerdotes sua studia completuri, Romam, si fas erit, mittantur. Quae praescripsimus, perficienda committimus memorato Venerabili Fratri Georgio Zur, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito Congregationi pro episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis mittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini bis millesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

& ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Franciscus Bruno, *Protonot. Apost.*

Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 510.446

III

NEOSIBIRIANAE TRANSFIGURATIONIS

Administratio Apostolica Siberiae Occidentalis Latinorum ad gradum evehitur et dignitatem dioecesis, Neosibirianae Transfigurationis appellandam

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum bonum Nos iugiter persequentes, aequo animo censuimus sententiam esse accipiendam Venerabilis Fratris Iosephi Werth, Episcopi titulo Bulnensis et Administratoris Apostolici Siberiae Occidentalis Latinorum, qui, ob incolarum copiam in ecclesiastica circumscriptione sibi commissa degentium, postulavit ut memoratae Administrationis territorium ad gradum et dignitatem dioecesis erigeretur. Idcirco libenter concedimus ut tale inceptum ad rem perducatur. Audita igitur favorabili sententia Venerabilis Fratris Georgii Zur, Archiepiscopi titulo Sestensis et in Russia Sedis Apostolicae Legati, nec non de Secretariae Status consilio, sequentia decernimus ac iubemus. Territorium Administrationis Apostolicae Siberiae Occidentalis Latinorum ad gradum et dignitatem evehimus dioecesis, *Neosibirianae Transfigurationis* appellandae. Novam praeterea dioecesim suffraganeam efficimus Ecclesiae Metropolitanae Moscoviensi Matris Dei eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Moscoviensis Matris Dei subicimus. Huius dioecesis sedem in urbe *Novosibirsk* statuimus templumque paroeciale ibi exstans, Deo in honorem Transfigurationis dicatum, ad dignitatem ecclesiae Cathedralis evehimus. Ut Pastori erectae Ecclesiae in eius regimine validum tribuatur adiutorium, Collegium Consultorum, ad normam iuris communis, quam primum instituatur. Quod attinet ad seminarii dioecesani erectionem nec non ad candidatorum formationem, serventur praescripta iuris communis, prae oculis habitis normis et regulis a Congregatione de Institutione Catholica statutis. Selecti seminarii alumni philosophicis et theologicis disciplinis imbuendi nec non sacerdotes ad studia perficienda Romam, si fas est, mittantur. Ad haec omnia perficienda Venerabilem Fratrem Georgium Zur, quem diximus, deputamus, necessarias et opportunas eidem tribuentes facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum actus peractae exsecutionis

exemplar remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini bis millesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Antonius Macculi, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 510.448

IV

SARATOVIENSIS SANCTI CLEMENTIS

In Russia nova dioecesis Saratoviensis Sancti Clementis appellanda erigitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Meridionalem Russiae Europaeae partem, nempe paucos ante annos Administrationis Apostolicae Russiae Europaeae Meridionalis Latinorum finibus circumscriptam, modo postulavit Administrator eius Apostolicus Venerabilis Frater Clemens Pickel, Episcopus titulo Chusirensis, veluti dioecesim ut constitueremus. Nobis autem consilium hoc sane opportunum visum est propter spiritale bonum fidelium illic degentium. Ideo, re mature deliberata auditoque voto Venerabilis Fratris Georgii Zur, Archiepiscopi titulo Sestensis et Legati Apostolici in Russia, de consilio Secretariae Status, in territorio memoratae Administrationis Apostolicae novam erigimus dioecesim *Saratoviensem Sancti Clementis* nuncupandam, eamque metropolitanae Ecclesiae Moscoviensi Matris Dei suffraganeam atque iurisdictioni Congregationis pro episcopis obnoxiam facimus. Ut Pastori novae communitatis dioecesanae in eius regimine validum tribuatur adiutorium, Collegium Consultorum, ad normam iuris communis, sine mora instituatur. Sedem novae dioecesis in urbe vulgo *Saratov* ponimus, ecclesiam vero Deo in honorem Sancti Clementis dicatam in eadem urbe exstantem ad gradum ecclesiae Cathedralis evehimus, iuribus ac privilegiis concessis quae ad eiusmodi templa spectant. Ad Seminarii dioecesani erectionem et sacrorum alumnorum institutionem quod attinet, iuris communis serventur praescripta, prae oculis habitis Con-

gregationis pro Institutione Catholica praeceptis. Selecti autem Seminarii alumni, philosophicis et theologicis disciplinis imbuendi necnon sacerdotes ad studia complenda Romam, si fas est, mittantur. Quod autem ad novae dioecesis pertinet regimen, bonorum ecclesiasticorum administrationem, sede vacante, donec novus eligatur eiusdem sedis vacantis administratori, administratoris electionem, fidelium iura eorumque similia, serventur quae sacri canones praescribunt. Documenta autem et acta quae conditam dioecesim respiciunt, in eiusdem Curiae tabulario serventur.

Haec autem, quae praescripsimus, committimus perficienda Venerabili Fratri Georgio Zur, Archiepiscopo titulo Sestensi et Legato Apostolico in Russia, absente autem eo, illi qui negotia curat Apostolicae Sedis in eadem regione, ac omnes eis tribuimus necessarias et convenientes facultates, etiam subdelegandi quemvis virum in dignitate ecclesiastica constitutum, onere imposito ad Congregationem pro episcopis sincerum actus effectae exsecutionis exemplar sedulo mittendi.

Has denique Litteras Nostras firmas esse nunc et in posterum volumus, quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undecimo mensis Februarii, anno Domini bismillesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

£8 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco 93 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 510.452

V

S. PETRI APOSTOLI urbis S. DIDACI CHALDAEORUM

In Foederatis Civitatibus Americae Septemptrionalis conditur eparchia Sancti Petri Apostoli urbis Sancti Didaci Chaldaeorum.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nuper Synodus Episcoporum Ecclesiae Babylonensis Chaldaeorum postulavit ut, divisa eparchia Sancti Thomae Apostoli Detroitensis Chaldaeorum utpote nimis ampla ad animarum curam aptius exercendam, nova

constitueretur eparchia. Nos, gravissimo fungentes munere Summi Pontificis deque spirituali omnium Christifidelium bono solliciti, obtentis faventibus votis Legatorum Apostolicae Sedis in Foederatis Civitatibus Americae Septemptrionalis, in Iraquia et in Irania, annuente quoque Conferentia Catholicorum Episcoporum Foederatarum Civitatum praedictae Nationis necnon audita Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, Nostra suprema potestate sequentia decernimus. Ab eparchia Sancti Thomae Apostoli Detroitensis Chaldaeorum detrahimus quoddam territorium quo novam condimus eparchiam *Sancti Petri Apostoli urbis Sancti Didaci Chaldaeorum* cuius eparchialem sedem ac templum cathedrale ponimus in memorata urbe *San Diego* nuncupata. Eadem Eparchia, quam Apostolicae Sedi immediate subiectam facimus, has sequentes Foederatas Civitates Americae Septemptrionalis complectetur: *North Dakota, South Dakota, Nebraska, Kansas, Oklahoma, Texas, New Mexico, Colorado, Wyoming, Montana, Idaho, Utah, Arizona, Nevada, California, Oregon, Washington* et *Hawaii.* Quae iussimus ad effectum rite adducantur deque absoluto negotio sueta documenta exarentur et Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus mittantur. Hanc denique Apostolicam Constitutionem iugiter ratam esse volumus, contrariis rebus nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto mensis Maii, anno Domini bis millesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

83 ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

83 IGNATIUS MOUSSA I card. DAOUD
Congr. pro Eccl. Orientalibus Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Iosephus Conte, *Protonot. Apost. s.n.*

Loco 83 Plumbi
In Secret Status tab., n. 514 389

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Iacobo Kern Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Convertisti planctum meum in choros mihi, conscidisti saccum meum et accinxisti me laetitia, ut cantet tibi gloria mea et non taceat» *(Ps* 30,12-13).

Sicut psalmista, Venerabilis Dei Servus Iacobus Kern, saeculari nomine Franciscus appellatus, angustias accepit et sanctificavit, Domini voluntatem plane suscepit in spe consequendi meliora bona atque laetitiam participandi Christi resuscitati.

Natus est Vindobonae die xi mensis Aprilis anno MDCCCXCVII, tertius filius Francisci et Annae Neidl: ipsi quidem, alta fide christiana permoti, filium iam ante ipsius ortum tutelae Beatae Mariae Virginis dicaverunt. Ille autem, ad sacerdotium vocationem praesentiens, Seminarium minus ingressus, mox caritate, oboedientia, diligentia, zelo et constantia in precibus, pietate erga Iesum Eucharisticum atque Virginem Mariam eminuit. Primo bello universali grassante militis munus studiose exercuit atque, vocationi usque fidelis, spiritalem vitam suam suorumque militum diligenter curavit. Postquam anno MCMXVI graviter sauciatus est, de rebus spiritalibus altiore ratione meditatus est. A militia discedens, maximo ardore sese comparare ad sacerdotium in Seminario Vindobonensi studuit. Quia vero monachus quidam Ecclesiam Catholicam recusavit, Dei Servus eius locum decrevit occupare atque, anno MCMXX, abbatiam Ordinis Praemonstratensis loco v.d. *Geras* est ingressus. Studiis theologiae Vindobonae absolutis, die xxin mensis Iulii anno MCMXXII sacerdotio est initiatus. Praedicatoris munus et confessoris magno cum fidelium fructu, praesertim iuvenum et aegrotantium, exercuit. Gravi morbo affectus, cum Sacramentum Reconciliationis administraret, improvvisa ex necessitate sectionem chirurgicam subiit sine anaesthesia, fidenti patientique animo dolorem sustinendo. Ex morbo recreatus atque mortem praesentiens, spiritales fratrum necessitates non est oblitus. In valetudinario Vindobonae mortuus est, perdurante sectione chirurgica, die xx mensis Octobris anno MCMXXIV. Iacobus Kern singulare praebet testimonium fidelitatis erga Christi sacerdotium mirabileque exemplum asceticae progressionis ad perfectam vitam christianam, heroicam ostendit virtutum exercitationem atque plenam inculcat cum Ecclesia communionem. Sui ipsius impendio Christi adhaesit vitamque pro salute fratrum donavit. Beatificationis canonizationisque Causa anno MCMLVIII ab Archiepiscopo Viennensi coepta est. His expletis quae iure statuuntur, die xi mensis Iulii anno MCMXCV, Nos Ipsi declaravimus Dei Servum heroum in modum virtutes exercuisse. Nobis adstantibus, die VII mensis Iulii anno MCMXCVII Decretum promulgatum est super miraculo eius deprecationi adsignato. Deinde decrevimus ut ritus beatificationis celebraretur die xxi mensis Iunii anno MCMXCVIII, tempore itineris Nostri apostolici in Austria.

Hodie igitur Vindobonae, inter Missarum sollemnia, hanc ediximus formulam:

« Nach Beratung mit der Kongregation für die Selig — und Heiligsprechungen erfülle ich gern die Bitte meines Bruders Christoph Kardinal

Schönborn, Erzbischof von Wien, und vieler anderer Brüder im Bischofsamt sowie zahlreicher Christgläubiger. Ich gestatte kraft meiner Apostolischen Autorität, daß die ehrwürdige Dienerin Gottes Maria Restituta Kafka und die ehrwürdigen Diener Gottes Jakob Kern und Anton Maria Schwartz künftig Selige genannt werden. Das Gedächtnis der seligen Maria Restituta soll alljährlich am 29. Oktober, das Gedächtnis des seligen Jakob Kern alljährlich am 20. Oktober und das Gedächtnis des seligen Anton Maria Schwartz alljährlich am 17. September an den Orten und in der Weise gefeiert werden, wie es die Vorschriften bestimmen. Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes ».

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus.

Datum Vindobonae, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Iunii anno MCMXCVIII, Pontificatus Nostri vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab.., n. 438.109

II

Venerabili Servo Dei Archangelo Tadini Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Perindignus presbyter sum Sanctae Dei Ecclesiae eiusque pauper legatus: omnis scientia mea Crux est et omnis fortitudo mea stola ». His sane verbis presbyter Archangelus Tadini humilitatem ostendebat ingentemque fiduciam in Iesu cruci affixo, hominis redemptore. Ipse quidem, verus Domini Iesu discipulus et amicus, pastor exstitit animarum omnino intentus voluntati Dei, necessitatibus spiritalibus suae gentis nec non socialibus sui temporis difficultatibus. Hic dignus Ecclesiae minister in urbe vulgo *Verolanuova,* ex dioecesi Brixiensi, die xii mensis Octobris anno MDCCCXLVI a christianis parentibus natus est, et aliquot post dies in paroecia natali baptismali aqua ablutus. Infirma affectus valetudine, peculiari sollicitudine et caritate a matre Antonia Gadola est custoditus. Rudimenta litterarum ibidem didicit, deinde in urbe *Lover e* studia perrexit. Pater eius, Petrus Iosephus Tadini, volebat eum advocatum; ipse vero munus f abri aedium cupiebat; Dominus tandem ut suum mini-

strum vocavit. Seminarium Brixiense ingressus est, ubi comitate, morum probitate et pietate sibi omnium aestimationem conciliavit. Tridenti die xix mensis Iunii anno MDCCCLXX presbyteratus ordine insignitus, sacrum explicavit diversis in locis ministerium et in oppido vulgo *Botticino Sera* archipresbyter-parochus est constitutus. Ardenti pastorali studio varia obivit munera pro pueris, iuvenibus, adultis, infirmis. De pauperibus et operariis singularem adhibuit curam, pro quorum humano et christiano progressu, licet gravia oppetens incommoda, vires profudit.

Omnibus iugiter adfuit et gaudia aerumnasque participavit. Proximi necessitatibus tractus, auxilium et solamen illi adeo ferebat ut aliquando quandam provocaret asperitatem et popularem contemptum. Assiduus et efficax concionator exstitit, quin tumido indulgeret sermoni. Quandoquidem a Deo missum sese profitebatur, aperte et incunctanter integrum salutis nuntium ubique diffudit. Cum verbum Dei responsionem obtineat in anima orantis, hac de causa Servus Dei, orationi deditus, miro fuit omnibus exemplo.

Eius coniunctio cum Christo, pia divinorum mysteriorum actio, fervens caritas, arduum asceticum studium fulcrum exstiterunt efficacitatis pastoralis adeo ut communitas paroecialis vitam religiosam et socialem participaret. Socialem asserens renovationem, dignitatem laboris et defendit et proclamavit, conferens ad validius verae humanae promotionis instrumentum reddendum. Servus Dei femineum ingenium permagno habuit pretio; peculiari praeditus sensibilitate erga mulieres operarías, pro eis haud parva promovit incepta: oratorium femineum constituit, Societatem Sanctae Angelae Meri ei condidit, lanificii officinam aedificavit ut puellis sanam laboris condicionem largiretur. Convictum quoque mensa et cubiculis instructum exstruendum curavit; anno **MCM** fundavit Congregationem Sororum Operariarum a Domo Nazarethana, quibus commisit munus significandi Dei praesentiam in ambitu laboris, et vestigia Iesu divini opificis sequendi. Spiritales filias his hortabatur verbis: « Probis laboribus Verbum honorate, eiusque exempla sequimini ». Deo, Ecclesiae et populo inserviens, in universum mundum lumen profudit et caritatem Christi. Meritis onustus famaque sanctitatis circumdatus die xx mensis Maii anno MCMXII obdormivit in Domino, post quinque et viginti elapsos annos in paroeciali munere. Causa beatificationis et canonizationis Brixiae anno MCMLX est incohata. Servatis de iure servandis, die xxi mensis Decembris anno MCMXCVIII declaravimus Servum Dei heroum in gradum virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse. Die xxvin mensis Iunii hoc anno Nobis coram Decretum prodiit de miraculo intercessioni eiusdem Servi Dei adscripto. Deinde statuimus ut ritus beatificationis die **III** mensis Octobris hoc ipso anno Romae celebraretur. Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Vaticanam Basilicam inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Iacobi Cardinalis Biffi, Archiepiscopi Bononiensis, Arturi Luysterman, Episcopi Gandavensis, Iulii Sanguineti, Episcopi Brixiensis, Mauri Meacci, Abbatis Ordinarii Sublacensis, et Ottorini Petri Alberti, Archiepiscopi Calaritani, nec non plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ferdinandus Maria Baccilieri, Eduardus Ioannes Maria Poppe, Archangelus Tadini, Marianus ab Arce Casali, Didacus Oddi et Nicolaus a Gesturi Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Ferdinandi Mariae Baccilieri die prima Iulii, Eduardi Ioannis Mariae Poppe die decima Iunii, Archangeli Tadini die vicesima prima Maii, Mariani ab Arce Casali die trigesima Maii, Didaci Oddi die sexta Iunii et Nicolai a Gesturi die octava Iunii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae vero hisce Nostris Litteris edicta sunt et decreta, tam in praesens ea singula valere et suam exserere vim volumus quam posterum in tempus et rata firmaque perpetuo, contrariis quibusvis causis rebusque minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Octobris, anno MCMXCIX, Pontificatus Nostri vicesimo primo.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 465.828

III

Venerabili Dei Servo Ignatio Falzon Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt» *(1 Io* 2,15).

Qui in visibilia ac transitura mentem dirigit, is obcaecatur atque Christi Evangelii splendorem cernere non valet,

Venerabilis Dei Servus Ignatius Falzon, suum propter cultum atque conspicuum in societate locum, huius mundi beneficia et honores consequi affatim potuit; at is minime a mundanis illecebris pellectus est atque se omnino Dei famulatui mancipare voluit.

Ignatius Falzon in urbe *Valletta* Melitensis insulae die i mensis Iulii anno MDCCCXIII a celebrata honorataque illius temporis familia ortus est. XV annos natus vestimentum clericale induit ac deinceps Ordines Minores suscepit. Mense Septembri anno MDCCCXXXIII in utroque iure lauream est assecutus. Humilis ac simul simplex vir dignum se haud putavit qui presbyterali ordine augeretur. Cum proclivis esset ad Evangelium enuntiandum ac doctrinam catholicam tradendam, catechetico ministerio operam dedit. Studiose complures Britannos milites, Melitensi in insula versantes, omnimodis curare contendit, quibus preces et catechismi praelectiones comparavit. Quo facilius cum iis loqueretur sermonem Anglicum didicit. Cum non catholicos conveniret, observantiam in eos et dialogum servavit, oecumenicum sensum fere praesumens. Suis moribus plures homines ad catholicam Ecclesiam vertit. Die i mensis Iulii anno MDCCCLXV, Sancti Ioseph tenens prae manibus imaginem, de hoc mundo demigravit, cum LII natalem diem compleret. Dei Servus per eucharisticam adorationem, precationem ac meditationem suam aluit fidem, ex qua vim et consilia depromebat. Beatae Virgini Mariae devinctus, quotidie corolla precatoria eam colere solebat. In divina Providentia nisus, cum universis se convenientibus laetitiam pacemque communicabat. Cum Christi in homines germanam dilectionem testaretur, semper se paratum ostendit ad pauperes dolentesque iuvandos; saepe privatim docebat atque nullam ab iis mercedem postulabat qui opibus carebant. Adversus omnes iustus, fideliter sui ordinis officia servavit itemque filialem animum et observantiam in Ecclesiam Romanumque Pontificem usque retinuit.

Eius propter latam sanctitatis famam, quae eiusdem insulae fines per Melitenses homines migrantes supergressa est, anno MDCCCXCII Processus Ordinarius incohatus est, quem tunc Apostolicus Processus est subsecutus. His peractis a iure statutis rebus, Nobis coram Decretum de virtutibus, heroum in modum exercitis, die XIII mensis Octobris anno MCMLXXXVII prodiit. Annis MCMXCVII-MCMXCIX super miro dioecesana inquisitio est constituta et die XXIV mensis Aprilis huius anni decretum super miraculo editum est. Deinde statuimus ut beatificationis ritus Melitae die IX mensis Maii anno MMI, una cum Georgio Preca et Maria Adeodata Pisani, scilicet in eadem insula veris fidei testibus, celebraretur.

Hodie igitur inter sacra hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratris Nostri Iosephi Mercieca, Archiepiscopi Melitensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Georgius Preca, Ignatius Falzon et Maria Adeodata Pisani Beati nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Georgii Preca die nona Maii, Ignatii

Falzon die prima Iulii et Mariae Adeodatae Pisani die vigesima quinta Februarii in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis rebus minime obstantibus quibuslibet.

Datum Melitae, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Maii, anno **MMI,** Pontificatus Nostri tertio et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis

83 ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret, Status tab., n. 495,422

IV

Venerabili Dei Servo Georgio Preca Beatorum caelitum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Vocatio enim christiana, natura sua, vocatio quoque est ad apostolatum » (Conc. Oecum. Vat. II, Decretum de apostolatu laicorum, *Apostolicam actuositatem,* 2).

Venerabilis Servus Dei Georgius Preca hanc veritatem, quam Concilium Oecumenicum Vaticanum II in luce posuit, intellexit et ad rem mirabiliter perduxit. Antesignanus enim exstitit in catechesi tradenda et in apostolica laicorum missione promovenda, divinitus conferens ad humanam christianamque Melitensium institutionem. Consilium enim ab Apostolo Paulo traditum Timotheo mirabili actuositate secutus est: « Quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere» *(2 Tim* 2, 2).

Georgius Preca in urbe Valletta, Melitensis Insulae, die xn mensis Februarii anno MDCCCLXXX natus est et quinque post dies baptizatus. Adhuc puer simul cum parentibus in locum *Hamrun* se transtulit ibidemque ad Eucharisticum convivium primo accessit et Confirmationis sacramento est roboratus. Ad sacerdotalis vocationis maturitatem perveniens, sacro presbyteratus ordine est insignitus die xxn mensis Decembris anno MCMVI. Sequenti anno ineunte iuvenes quosdam congregavit, de quorum institutione sedulam adhibuit curam. Hoc cum pusillo grege initium dedit ut coetum conderet laicorum caelibum, qui in iuvenum adultorumque catechesim omnino incumberent. Coetus hic primo tempore a Servo Dei appellatus est « Societas Papidum et Papidissarum » ut solidam erga Romanum Pontifi-

cem fidelitatem palam ostenderet; cui deinde nomen inditum est « Societas Doctrinae Christianae ». Haec tamen iam ab initio vulgo nuncupatur siglis **M**.u.s.**E**.u.**M.** quae ad mentem fundatoris significant « Magister utinam sequatur Evangelium universus mundus ». Anno MCMX rami quoque feminini fundamenta iecit. Hoc novum opus calumniis obnoxium exstitit et insectationibus, sed, his adversis rebus superatis, omnes eius beneficam actuositatem agnoverunt et die xn mensis Aprilis anno MCMXXXII Decretum canonicae erectionis est evulgatum. Servus Dei singulari studio Dei verbum diffundendum curavit eo dicendi genere ut ab omnibus vel rudioribus gentibus perciperetur. Die xxi mensis Iulii anno MCMXVIII in Tertium Ordinem Carmelitarum ascriptus est, et sequenti anno mense Septembri professionem emisit, sibi nomen assumens Francum. Anno MCMLII quinque selegit sodales ad domum suae Societatis in Australia condendam. Melitensi in Insula, in loco « Santa Venera » die xxvi mensis Iulii anno MCMLXII animam exhalavit. Profundam suam fidem, quam ceteris transmisit, constanti aluit oratione cultuque erga Eucharistiam, Incarnationem Verbi et Deiparam Virginem. Vir fidei fuit atque fidei apostolus et merito appellatur alter post Divum Paulum Melitensium pater in fide. Fervidus Incarnationis mysterii apostolus, permagnam eius devotionem ubicumque effudit, iterum iterumque proponens Evangelicum dictum «Verbum Dei caro factum est» *(Io* 1, 14).

Theologali spe suffultus, praesidio Domini plene se tradidit, bona terrena affectusque repellens et aeternae beatitudinis desiderio flagrans. Summo ductus amore erga Deum, totam vitam Christi Ecclesiaeque famulatui devovit; Evangelium proclamando frugiferum explicavit apostolatum, atque promptum iugiter se praebuit ad omnes iuvandos. Iustus coram Deo et proximo, prudens exstitit et sapiens consiliarius. Singularis fortitudinis exemplum praebuit in innumeris perferendis discriminibus exortis praesertim tempore quo suam condidit Societatem. Mentis cordisque dotibus, quibus Dominus eum cumulaverat, humiliter clementer que usus est, et, Christi sequens vestigia, quamlibet dimisit offensionem, suos hortans discipulos ut sese similiter gererent. Compos sui in omnibus vitae adiunctis, immunis Quocumque genere vanitatis suisque moderatoribus constanter subiectus, castitatis votum integerrime servavit. Humilitas fundamentum fuit eius vitae spiritus. Sacerdos erat vere bonus, humilis, mansuetus.

Quandoquidem sanctitatis fama diffundebatur, anno MCMLXXV incohata est beatificationis Causa. Rite servatis de iure servandis, Nobis coram die XXVIII mensis Iunii anno MCMXCIX vulgatum est Decretum de virtutibus heroum in modum exercitis, et die XXVII mensis Ianuarii anno MM Decretum de miraculo prodiit. Idcirco statuimus ut ritus beatificationis in Insula Melitensi, occasione Nostri itineris pastoralis, perageretur die ix mensis Maii anno **MMI**, una simul cum Servis Dei Ignatio Falzon et Maria Adeodata Pisani, qui ista in Insula vixerunt.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« Nos, vota Fratris Nostri Iosephi Mercieca, Archiepiscopi Melitensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Georgius Preca, Ignatius Falzon et Maria Adeodata Pisani Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Georgii Preca die nona Maii, Ignatii Falzon die prima Iulii et Mariae Adeodatae Pisani die vicesima quinta Februarii in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae ideo his constituimus Litteris iubemus ut et in praesens et in posterum omne tempus suam sortiantur vim ac plene valeant, contrariis quibuslibet rebus haudquaquam obsistentibus.

Datum Melitae, die ix mensis Maii, anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

De mandato Summi Pontificis
£8 ANGELUS card. SODANO

Loco 83 Sigilli
In Secret.. Status tab., n, 497.800

V

Venerabili Dei Servae Caietanae Sterni Beatorum honores decernuntur

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui enim diligit proximum, legem implevit {*Rom* 13, 8).

Venerabilis Dei Serva Caietana Sterni cum intellegeret se a Domino vocari, ut sese studiose traderet ad proximo indigenti inserviendum, claram evangelicae caritatis dedit testificationem, vitam ad amoris salutisque Patris consilium implendum dependens suam. Orta est ipsa die xxvi mensis Iunii anno MDCCCXXVII Cassolae dioecesis Patavinae ac provinciae Vicentinae. Puella, parentum ducta exemplo, suam fidem per Sacramenta, assidue studioseque frequentata, aluit. Nondum attigerat xvi annum, cum Liberali Croce nupsit viduo scilicet et trium liberorum patri, qui tantum post octo coniugii menses vita concessit, quique eandem praegnantem reliquit, cuius filius paulo post ortum interiit. Dei Serva igitur materno amore demortui mariti liberos curavit. Quidam ex cognatis probrosa criminatione usus est in eam, sed ipsa nullum occultum odium in eum gessit, cui liberaliter igno-

vit atque domum reconciliavit. Vitae religiosae firmato proposito, veluti postulans Canossianarum Sororum claustrum Bassanense ingressa est. Sed paulo post, mortua matre, domus fuit ei repetenda, ut iuniores fratres navaret. Hoc ipsum firmiter toleravit atque impensius oravit, ut divina de se consilia cognosceret. Sui ideo spiritalis moderatoris tenens sententiam circiter XXVII annos nata, veluti custos Hospitium mendicitatis est ingressa, ibi usque ad mortem mansura. Summa caritate desertos languentesque coluit eosque amabiliter tractavit, cum videret in pauperibus Domini vultum. Deo placere cupiens, quem indiviso fidelique corde dilexit, se in manibus posuit Providentiae atque in Christo necessarium fulcimentum invenit, ut studiose suum amoris ministerium explicaret, eaque coram innumeris vitae difficultatibus ne animum desponderet.

Anno MDCCCLXV Sororum Divinae Voluntatis condidit Institutum, ut indigentes iuvaret. Vicentinus Episcopus Antonius Farina anno MDCCCLXXV primas novae Congregationis normas comprobavit. Dei Serva vitae consecratae suarum Sororum exstitit exemplar, quibus usque virtutum documenta exhibuit, cum Domino colendo eiusque Regno aedificando eas antecederet.

Institutum a se conditum prudenter moderata est atque iustitiam in Deum proximumque exercuit Complura suscepit sacrificia ac castigationes itemque de suis commodis multa voluntarie detraxit. Terrestribus bonis posthabitis, religiose evangelicam paupertatem servavit. Ad Divini Magistri exemplum, voluntati Patris Superiorum que sese permisit. Praestabiliter castitatem in variis vitae rationibus servavit, primum scilicet mulier coniugata, post vidua, demum consecrata femina. Meritis virtutibusque dives, pie die XXVI mensis Novembris anno MDCCCLXXXIX in Domino obdormivit.

Eius latam propter sanctitatis famam anno MCMLX Processus informativus incohatus est, qui anno MCMLXIV ad finem est adductus. His in iure statutis perfectis rebus, Nobis coram de virtutibus heroum in modum exercitis die XXII mensis Ianuarii anno MCMXCI prodiit Decretum ac die xxiv mensis Aprilis anno **MMI** de miraculo Decretum est comprobatum. Statuimus igitur ut beatificationis ritus Romae die iv subsequentis mensis Novembris celebraretur.

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Hirka, Episcopi Presoviensis, Petri Iacobi Nonis, Episcopi Vicentini, Georgii Ferreira da Costa Ortiga, Archiepiscopi Bracarensis, Ioannis Aloisii Cardinalis Cipriani Thorne, Archiepiscopi Limani, Michaelis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, et Ioannis Mariae Uriarte Goiricelaya, Episcopi Sancti Sebastiani, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Paulus

Petrus Gojdic, Methodius Dominicus Trcka, Ioannes Antonius Farina, Bartholomaei Fernandes dos Mártires, Aloisius Tezza, Paulus Manna, Caietana Sterni et Maria Pilar Izquierdo Albero Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Pauli Petri Gojdic die decima septima Iulii, Methodii Dominici Trcka die vicesima quinta Augusti, Ioannis Antonii Farina die decima quarta Ianuarii, Bartholomaei Fernandes dos Mártires die decima octava Iulii, Aloisii Tezza die vicesima sexta Septembris, Pauli Manna die decima sexta Ianuarii, Caietanae Sterni die vicesima sexta Novembris et Mariae Pilar Izquierdo Albero die vicesima septima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Placet omnino caritatem ac liberalitatem insignis huius mulieris extollere, quae sua opera luculenter in familiam atque in pauperes humiliorisque ordinis homines contulit, ob oculos Evangelii usque habitis praeceptis. Exoptamus igitur ut huius caelitis testificationibus incitati homines qui nunc sunt idem patrare contendant quod omnibus rebus est usque anteferendum.

Sueta demum oratione habita de vita, virtutibus ac operibus Beatorum, quos modo publice diximus, eos venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Omnia vero et singula quae Nos hodie magna cum sollemnitate hisce Apostolicis Litteris Nostris ediximus ac decrevimus, firma in praesens manere cupimus et omne in posterum tempus validum vigorem habere volumus, quibuslibet contrariis causis rebusque haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Novembris, anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis

83 ANGELUS card. SODANO

Loco ® Sigilli

In Secret. Status tab., n. 507.203

VI

Venerabili Dei Servae Mariae Pilar Izquierdo Albero Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Christo confixus sum cruci: vivo autem iam non ego; vivit vero in me Christus *(Gal* 2, 19-20)

Verba Sancti Pauli haec Venerabili Dei Servae Mariae Pilar Izquierdo Albero bene conveniunt. Usque ipsa crucem complexa suam exegit vitam.

Totam namque eius vitam a pueritia aegritudines sunt comitatae, quas laeta tolerabat. Studebat enim « amare ac pati ».

Dei Serva Maria Pilar Caesaraugustae die XXVII mensis Iulii anno MCMVI ex humili pientissimaque familia orta est. Cum scholam frequentare non posset, quia matrem in domesticis rebus expediendis ac in fratribus colendis iuvare debebat, litteras haud operam dare potuit, ideo se aiebat « stultulam » esse, cum « solum novisset amare ac pati ». Mox suo in corpore doloris stimulum gustavit atque doloris redemptricem vim didicit. Adulescens quattuordecim annorum in morbum aliquem dilapsa est, quem nullus medicus detegere valuit. Undeviginti annos nata apud ergasterium calceamentarium opus facere coepit. At eam in alia semita esse voluit Dominus, quam in crucis mysterium induxit. Anno enim MCMXXVI, cum domum rediret, ex hamaxosticho decidit atque pelvem fregit. Duos post annos, complures ob vómicas, quae vultum, ventrem aliasque corporis partes pervaderant, plus decem annos lecto paralytica et caeca retenta est. Licet litteras nesciret, tam ardentem altamque spiritalem transigebat vitam atque tam prudentia ministrabat consilia, ut cella subtegulanea, ubi cum parentibus incolebat, domicilium quoddam innumeris hominibus facta est spiritalitatis, qui lucem ac tranquillitatem annis illis propter civile bellum Hispanicum turbidis requirebant. Die VIII mensis Decembris anno MCMXXXIX, in Conceptione Immaculata B. Mariae Virginis ob veniente sollemnitate, protinus caecitate ac paralysi levata est atque eius ex vultu totoque corpore disparuerunt vomicae quae eam complures per annos vexarunt. Eodem mense Decembri Matritum se contulit una cum feminis voluntariis, ut operam pro pauperibus ac derelictis sub nomine Missionariarum Iesu et Mariae inciperent, quam die xiv mensis Decembris anno MCMXXXIX vicarius Matritensis Sedis comprobaverat. Iter quod Dei Serva suscepit germanum fuit supplicium. Matritensis Praesul comprobationis decretum abstulit, dum Ecclesiasticum Tribunal Caesaraugustanum, processu exacto, declaravit eius sanationem non esse miraculosam, sed mentis speciem. Calumniae et persecutiones increbruerunt. Complures audulescentes, quae eam sunt secutae, eam a spe destitutae deseruerunt, ipsa tamen fiduciam haud amisit, usque in Domino confisa. Consociatione denuo comprobata sub Iesu Mariae et Ioseph nomine, pro pauperibus ac derelictis operata est, sed tranquillitatem non recuperavit, quandoquidem nova consociatio conditricis charismati non respondebat, ideo, confessario suadente, consociationem deseruit ut Operam Iesu et Mariae instauraret. Novem sociae eam sunt persecutae. Hac de causa Sebastianopolim petiit, sed suam consociationem iterum excitare non valuit, quia insanabili morbo correpta, die xxvii mensis Augusti anno MCMXLV, e vita cessit. Sorores quae eam sunt secutae spiritalem hereditatem receperunt atque anno MCMXLVIII effecerunt ut sementis a Maria Pilar aerumnis rigata nasceret, quae vocatur Opera Missionaria Iesu et Mariae.

Beatificationis canonizationisqne causa anno MCMLXXXIV ab Episcopo Calaguritano et Calcestensi-Luconiensi inchoata est. Iure statutis perfectis rebus, Nos Ipsi die VIII mensis Decembris anno MM declaravimus Dei Servam virtutes théologales, cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse. Nobis coram die vii mensis Iulii anno **MMI** decretum de miraculo, intercessioni eiusdem Mariae Pilar adscripto, prodiit. Statuimus exinde ut beatificationis ritus die iv subsequentis mensis Novembris celebraretur.

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Hirka, Episcopi Presoviensis, Petri Iacobi Nonis, Episcopi Vicentini, Georgii Ferreira da Costa Ortiga, Archiepiscopi Bracarensis, Ioannis Aloisii Cardinalis Cipriani Thorne, Archiepiscopi Limani, Michaelis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, et Ioannis Mariae Uriarte Goiricelaya, Episcopi Sancti Sebastiani, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Paulus Petrus Gojdic, Methodius Dominicus Trcka, Ioannes Antonius Farina, Bartholomaeus Fernandes dos Mártires, Aloisius Tezza, Paulus Manna, Caietana Sterni et Maria Pilar Izquierdo Albero Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Pauli Petri Gojdic die decima septima Iulii, Methodii Dominici Trcka die vicesima quinta Augusti, Ioannis Antonii Farina die decima quarta Ianuarii, Bartholomaei Fernandes dos Mártires die decima octava Iulii, Aloisii Tezza die vicesima sexta Septembris, Pauli Manna die decima sexta Ianuarii, Caietanae Sterni die vicesima sexta Novembris et Mariae Pilar Izquierdo Albero die vicesima septima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Sueta demum oratione habita de vita, virtutibus ac operibus Beatorum, quos modo publice diximus, eos venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non officientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Novembris, anno **MMI**, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis

& ANGELUS card. **SODANO**

Loco 83 Sigilli

In Secret. Status tab.., n. 507.710

VII

Venerabili Dei Servo Bartholomaeo Fernandes dos Mártires Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « In exercendo suo munere patris ac pastoris, sint Episcopi in medio suorum sicut qui ministrant, boni pastores qui cognoscunt suas oves quosque et ipsae cognoscunt, veri patres qui spiritu dilectionis et sollicitudinis erga omnes praestant » (Conc. Oecum. Vat. II, decr. *Christus Dominus,* 16). Pater ac pastor, ideoque "forma factus gregis" *(1 Pe* 5, 3), Archiepiscopus fuit Bracarensis Bartholomaeus Fernandes. Olisipone ipse mense Maio anno MDXIV natus est, qui postea suo nomini addidit dos Mártires, ex titulo paroeciae sui baptismi Nostrae Dominae Martyrum. Fratrum Praedicatorum in claustro S. Dominici suae urbis die **xi** mensis Novembris anno MDXXVIII vestimentum sumpsit atque die xx mensis Novembris subsequentis anni perpetua vota nuncupavit. Cum ibidem Studium Generale Ordinis adesset, philosophiae ac theologiae curricula egit, quae anno MDXXXVIII lector renuntiatus complevit. Variis locis has disciplinas tradidit (annis MDXXXVIII-MDLVII) et anno MDLI in Capitulo Ordinis Generali theologiae magistri gradum obtinuit. Olisipone Benficae in claustro prioris sustinuit partes. Cum Primatialis Sedis Bracarensis suum Praesulem desideraret, Catharina regina regens Lusitanorum Paulo IV eundem indicavit, qui munus illud tueretur. Summus Pontifex eundem die XXVII mensis Ianuarii anno MDLIX illius Ecclesiae nominavit sacrorum Antistitem. Suo Priori Provinciali, insigni scilicet theologo Aloisio de Granada officium hoc declinanti ipsique Reginae fratrem Bartholomaeum designanti, obtemperans, episcopatum suscepit. Eiusdem anni die iv mensis Octobris suum in amplissima dicione eaque antiquissima in Lusitania ingressus est ministerium. Principale putavit officium iuvenes erudire ac Dei verbum proclamare. Sic publica studia Societatis Iesu sodalibus Bracarensi in urbe commisit atque Fratrum Praedicatorum claustrum in oppido *Viana do Castelo* condidit. Auctoritate plurimum apud tertium novissimum que Concilii Tridentini tempus sua scientia, exemplo audaciaque valuit (annis MDLXII-MDLXIII), ut Ecclesia reformaretur, ad quam rem deinceps ipse perquam animose adlaboravit. Anno MDLxiv Synodum Dioecesanam composuit, quam anno MDL-**XVI** Concilium Provinciale Bracarense est subsecutum. Ut sacerdotes instituerentur, Conciliare Seminarium aedificavit atque insuper variis locis theologiae moralis scholas instituit. Pastorales per visitationes singulas paroecias

easque innumeras adiit. Largus erga pauperes fuit ergaque aegrotos promptus, saeviente potissimum anno MDLXX pestilenti lue. Complura is opera scripsit, quae ex. gr. sunt "Catecismo ou doutrina crista", «Stimulus pastorum », « Compendium spiritalis doctrinae ». Multum illum existimaverunt Pius IV ac S. Carolus Borromaeus, qui vicissim multum ex eo sumpsit. Per orationis exercitium puritatemque vitae — primum Aloisio de Granada eius vitam narrante ac testante — perfectus magnusque praelatus evasit. Cum Gregorius XIII eum episcopatu levavisset, anno MDLXXXII in claustrum oppidi *Viaria do Castelo* secessit, ubi die xvi mensis Iulii anno MDXC de hoc mundo demigravit, agnitus conclamatusque a populo "Archiepiscopus sanctus". Decretum de virtutibus heroum in modum exercitis foras die xxin mensis Martii anno MDCCCXLV emisit Gregorius XVI. Die VII mensis Iulii anno **MMI** Nos Ipsi miraculum ad eius beatificationem attinens comprobavimus, quam statuimus die iv mensis Novembris eiusdem anni celebratum iri.

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

